
DE IVRIBVS PAROCHIALIBVS OPVSCVLVM.

AVCTORE
HIERONYMO CARATO
Mediolanen. Iuris Diuini Conſulto,
Protonotario Apoſtolico.

Ad Illuſtriſs. & Reuerendiſs.
FEDERICVM
S. R. E. Cardinalem Borromæum,
Mediol. Archiepiſcopum.



MEDIOLANI, Apud Impreſs. Archiep. 1625
CVM PRIVILEGIO.

Digitized by Google

1624. Die 14. Decembris.

Imprimatur Fr. Franciſcus Carenus Lector Theologus, Vicarius Sanctæ Inquiſitionis Mediolani.

Hier. Septala Can. Ord. & Pęnit. M. Metropol. pro Illuſtriſsimo D. Cardinali Archiepiſcopo.

Vidit Saccus pro Excellentiſs. Senatu.

FEDERICO BORROMAEO, S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO.

S. MED. ECCL. ARCHIEPISCOPO VIGILANTISSIMO.

HIERONYMVS CARATVS PROTONOTARIVS APOSTOLICVS SEMPITERNAM FELICITATEM.

LIBELLVM Cardinalis Ampliſſime, quem de iuribus Parochialibus ſuperioribus annis conſcripſi, Amplitudini tuæ offerendum putaui. Æquum enim, congruumque viſum eſt

 mihi,

mihi, vt opus, quo iura Parochialia partim continentur, tibi Parochialium Eccleſiarum PROTECTORI, & RESTAVRATORI, *dicaretur. Accipe igitur Cardinalis optime, exiguum hoc munus iure tibi debitum, mihique omnium Sacerdotum tuorum Amplitudini tuæ perpetuò addictiſſimo benedictionem vel minimam impertire ne dedigneris. Concedat tibi Deus, diuturnam, proſperamque vitam, Gratiæq; amplitudinem, vt poſt multos, multoſq; laboris annos, eius cauſa ſuſcepti, merearis ad ſempiterna Paradiſi gaudia feliciter, fauſteque peruenire. Mediolani v. Kl. Iunij M. DC. XXV.*

INDEX

INDEX TITVLORVM.

DE Parocho, & Parochijs. fol. 1
De Capellis, & Oratorijs intra fines. fol. 9
De Oblationibus. fol. 13
De Primitijs. fol. 24
De Decimis. fol. 27
De Funeribus. fol. 52
De Sepulturis. fol. 59
De Quarta Parochiali. fol. 80

Index Capitum vniuſcuiuſque Tituli.

De Parocho, & Parochijs.

PArochi varia nomina. fol. 1
Parochiarum Origo. fol. 2
Eccleſia Parochialis, quæ dicatur, eiuſuè item conſtitutio, fines, & requiſita. fol. 2
Parochiani qui dicantur, & eorum ſubiectio in ordine ad Eccleſiam Parochialem. 3
Ius Parochiale in quibus præcipuè conſiſtat. 5
Functiones propriæ Parochiales. 6
Parochi dignitas, & prærogatiua. 7

De Capellis, & Oratorijs intra fines.

ALiam Eccleſiam, vel Capellam non extruendam intra fines inuito Rectore. 9
Seruanda in extructione Oratorij auctoritate Apoſtolica. 10
Oratorium vnde dictum. 10
Oratoriorum differentia. 11

De Oblationibus.

OBlationum inſtitutio, & earum initium. 13
Oblationes quæ ſint, & quid ſub earũ nomine contineatur. 14

Obla-

Oblationum ſpecies. 14
Oblationum neceſſitas. 15
Oblationes faciendæ in Eccleſia diebus feſtis. 15
Oblationes, à quibus non recipienda. 16
Laicos à Clericis Oblationes recipere non debere. 17
In Oratorijs Confraternitatum Oblationes fieri permiſſu. 19
Oblationes factæ Capellæ exiſtenti in Eccleſia cui obueniāt. 19
Oblationes factæ in Oratorio intra fines Parochiæ cui cedant. 20
Oblationes factæ Imagini depictæ in pariete domus priuatæ, cui adiudicentur. 20
Oblationes factæ in Cathedrali, tempore Iubilæi, ad quem ſpectent. 22
Oblationes factæ celebranti cuius ſint. 22

De Primitijs.

PRimitiæ vnde dicantur. 24
Primitiarum inſtitutio, earumuè primus offerens. 24
Primitiæ, an debitæ. 25
Primitiarum quantitas. 26

De Decimis.

DEcimas deberi iure naturæ. 27
Ad Decimas teneri laicos, etiam iure Diuino. 28
Soluendas eſſe Decimas iure quoque Eccleſiaſtico. 31
Præceptum de ſoluendis Decimis, quo ad determinationem quantitatis, nunc non eſſe de iure Diuino. 32
Præceptum de ſoluendis Decimis, quatenus poſitiuum, poſſe contraria conſuetudine abrogari. 36
Nequitiam Clerici, non excuſare à ſolutione Decimarū. 37
Paupertatem Laici, & Clerici diuitias non eximere à Decimarum ſolutione. 38
Non ſoluentes Decimas, vbi non eſt conſuetudo ſoluendi, quibus caſibus peccent. 39
Ad Decimas prædiales ſoluendas, qui teneantur; quiuè eximantur. 40

De-

Decimarum præſcriptio. 42
Decimas non tolli, nec minui ab Eccleſia Parochiali abſque conſenſu Papæ. 43
Decimas non mutari. 44
Decimarum compoſitio. 44
Laicis quoque Decimas concedi. 45
Decimarum redemptio. 46
Decimarum locationes. 47
De quibus fructibus debeantur Decimæ. 47
Decimæ cui ſoluendæ. 48
Decimæ, vbi ſoluendæ. 49
Tardantes ſoluere Decimas, ad quid teneantur. 49
Pœna, contra non ſoluentes Decimas. 50
Ad quid teneantur Sacerdotes exigentes Decimas. 51

De Funeribus.

Expenſa funeraria. 52
Expenſa funerum virorum Eccleſiaſticorum vnde percipienda. 54
Expenſa funerum laicorum vnde aſſumenda. 56
Laicis hæredibus facultatem eſſe conceſſam euocandi Clericos, quos maluerint. 57
Funus non offerendum à Regularibus abſque ſcitu Parochi. 58

De Sepulturis.

Origo ſepeliendi Cadauera, in Eccleſia, vel Cœmeterio. 59
Cœmeterium vnde dicatur, & eius initium. 59
Sepultura, quid. 60
Sepulturam rem eſſe bonam, & meritoriam. 61
Multiplicem vtilitatem fidelibus viuis afferre ſepulturam. 61
Ex ſepultura mortuis quadruplicem accedere vtilitatem. 62
Ritus omnes Eccleſiæ in ſepeliendis mortuis antiquos eſſe. 63
Quibus ſepultura non eſt conceſſa, & pœnæ in illos, qui eos ſepeliunt. 65

Qui

Qui ab Eccleſiaſtica ſepultura non ſunt arcendi. 67
Interdicti tempore, qui ſepeliri poſsint. 68
Sepulturæ locum, pluribus modis poſſe dari. 69
Cadauera Eccleſiaſticorum virorum vbi ſepelienda, nulla electa ſepultura. 71
Cadauera laicorum vbi ſepelienda nulla ſepultura electione facta. 72
Quis poſſit ſepulturam eligere, & quomodo probetur eius electio. 76
Qui non poſſint ſepulturam eligere. 81
Qua in Eccleſia poſſit fieri electio. 82
Iura ſepulcrorum. 83

De Quarta Parochiali.

Canonicæ portionis inductio, & præſcriptio. 89
De quibus debeatur Canonica portio. 90
A quibus debeatur Quarta. 91
Cui debeatur Quarta. 91
Quæ Eccleſiæ teneantur ad Canonicam portionem. 92
Cui Eccleſiæ debeatur Canonica portio. 92
In quibus ceſſet Canonica Parochialis. 94
Portionis Canonicæ petitio. 95

TIT. I.

DE PAROCHO, ET PAROCHIIS.

PAROCHI VARIA NOMINA. CAP. I.

PAROCHVS dicitur Capellanus, ſed impropriè. Appellatur & Sacerdos, qui ſub ſe habet Parochiam, quam & regere dicitur; vel ad quem Parochiani pro adminiſtratione Sacramentorum coguntur accedere, & ipſe curam exercet ex neceſſitate, certis limitibus terminata. Continetur etiam appellatione Paſtorum, ſicut Paſtor habet curam ouium; & de Plebe ſibi commiſſa rationem redditurus eſt. Dicitur & Pater.

Abb. in c. 2. de ſec. nup. Felin. in c. ex parte de reſcr.

Abb. in c. 1. de præb. n. 24. Card. Hoſt. de ſacr. ver. ling. Petrus de Soto de iuſtit. Sacer. C. Omnes, qui 3. q. 5. c. Sacerdotes 6. q. 1.

Digitized by Google

Parochiarum origo.

CAP. II.

Dionyſius Papa XXIV. à B. Petro, qui fuit anno Domini CCLXVI. ſingulas Eccleſias ſingulis Preſbyteris deſignauit in Parochias, vt vnuſquiſque ius proprium haberet, nec vnus alterius Parochiæ terminos & ius inuaderet. Tum factum eſt, vt per Caſtella & Villas, præſbyteri conſtituerentur, & in locis ciuitatis ipſius, qui Epiſcopo coadiuuarent in partem curæ ſuſceptæ.

C. Eccleſias 13. q. 11. Nauar. in c. Placuit, de pœnit. d. 6. C Epiſcopi 21. diſt.

Eccleſia Parochialis quæ dicatur, eius item conſtitutio, fines, & requiſita.

CAP. III.

Abb. in Rubr. de Paroch.

Eccleſia Parochialis eſt, quæ ſuos diſtinctos habet Parochianos, certis limitibus conſtituta, ipſis Sacramenta miniſtrans & proprium habens Rectorem, & Parochum.

C. Nullus omnino 16. q. 7.

Vt Eccleſia conſtituatur Parochialis auctoritas requiritur Epiſcopi, qui eam Parochialem conſtituat, fines deſignet, plebem denotet, ipſe enim attentis prædictis ma-

maximè diſpoſitis in Sacro Concilio Tri- Seſſ. 24: ca. c.13.de ref.
dentino deſignat, & nominat eam Paro-
chialem cum ſuis qualitatibus.

Non minus quàm decem diſtinctæ do- C. Vnio. 10. q. 3.
mus & familiæ Parochiam facere poſſunt,
quæ mancipia nominantur.

Parochiani qui dicantur, & eorum ſubiectio in ordine ad Parochialem Eccleſiam.

CAP. IV.

PArochiani ſunt Populus habitans in Pa- C.2.de Sep.
rochia, & quo in loco quis ſibi domi- in ſexto. Hoſt. in ſũ.
cilium conſtituit, hoſpiciumuè conduxit, cit.de Paroc.
eius eſt. Parochianum autem non facit C. 25. qui
habitatio ad tempus extra domicilium. de Sep. in ſexto.
Quãtum ad pœnitentiam & Euchariſtiam, Em. Sà ver.
ſufficit habitatio per ſex menſes, ſecundum Par. nu. 2. Syl.ver.Par.
quoſdam; ſecundum alios verò, quantum Nauar. cõſi.
ad Sacramenta, ſufficit illic habitare, & pri. de Par.
non poſſe commodè ad proprium ire. Ad p. 3.
Matrimonium verò ſufficit, vel modica ha-
bitatio. Quantum autem ad Decimas &
vtilia Sacerdoti requiritur animus habitan-
di ferè per annum.

Quis poteſt habere duo domicilia in Nau.de declared.diſput.
duobus locis ſeparatis, quando quis in conſil.2.

Digitized by Google

vtroque loco æqualiter habitat,& non alias.

Sacr. Conc. Trid. ſeſſ. 24 c. 4. de ref.

Vnuſquiſque tenetur Parochiæ ſuæ inteſſe, vbi commodè id fieri poteſt, ad audiendum Verbum Dei, cogi tamen non poteſt, vt Miſſam audiat in Parochia, quia nimirum Sac. Conc. Trident. vtitur verbo (moneant.) Quinimo extat declaratio Leon. X. qua declarat ſatisfieri huic præcepto, ſi audiatur Miſſa in Eccleſijs Regularium.

Conf. in Coll. Priu. Min.

C. Omnis vtr. Serm. de pœn. & remiſs. Nau. ca. 21. nu. 45.

Vnuſquiſque fidelis tenetur ſanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum ſuſcipere quolibet anno in Parochia ſua. Quæ communio legitima eſt, ſi ante, vel poſt octo dies in Paſchate fiat, & ſatisfit præcepto.

Excipiuntur pueri, quia ob reuerentiam tanti Sacramenti tardius communicant, quo vſq; in eis ceſſauerit puerile iudicium, quod & Sacr. Concil. Trident. expreſsit clarius, quam text. ipſius C. omnis vtr. ſex. in illis verbis cum ad annos diſcretionis peruenerint.

Seſſ. 32 de Sacr. Euch. Sacr. can. 9.

Nau. c. 31. nu. 52.

Die Paſchatis adminiſtrare hoc Sacramentum non licet Regularibus; alijs verò diebus, id eis eſt permiſſum.

C. Quęcunque 13. q. 2.

Satisfacerent tamen tales præcepto Eccleſiæ, ſi communicarent in Eccleſia Cathedrali, Epiſcopus enim, & Eccleſia Cathedralis cōcurrunt in cura animarum cum omnibus Parochis Diœceſis, & quilibet ex Diœceſi recipere poteſt Sacramenta in Cathedrali.

Genuen. in Prax. ca. 76. nu. 22.

Sa-

Satiſfacit item præcepto communicans Nau.c.21.n.45.
quocunq; die Hebdomadæ ſanctæ, ſeu quocunque die Quatrageſimę, ſi ſit conſuetudo.

Vagabundorum Parochus dicitur quilibet Præsbyter Parochialis, vbi ipſi extiterint, quia nõ habent domicilium proprium, & ideò ibidem ſortiuntur, quouſque in dicta Parochia extiterint, ex eo dicti vagabundi, cum lares certos non habeant. Abb.in cap. fin. de for. comp.

Peregrini poſſunt confiteri illi Parocho, in cuius Parochia inueniuntur; & reſolutum fuit hoc dubium ex declaratione facta viuæ vocis oraculo ab Eugenio IV. Viatores, vbi ſe inuenerint in Paſchate illi Parocho ſint obligati, tanquàm incolatum habentes circa Sacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ. Doct. in c. vtr. ſex. de Pœn. & remiſs. Sotus in 4. diſt.18.q.4. art. 2.

Ius Parochiale in quibus præcipuè conſiſtat.

CAP. V.

IVS Parochiale præcipuè conſiſtit, quòd Parochiani in ſua Parochia Sacramenta recipiant, decimas perſoluant, oblationes faciant, benedictiones ſalutares deuotè, & reuerenter ſuſcipiant, & ſic de ſepulturis, benedictionibus nubentium, cæteriſque alijs de iure debitis. Innoc. & alij in rubr. de Paroch.

Sà verbo Parochus n. ſexto. Parochus habet iure communi à Papæ iuriſdictionem, quam non poteſt Epiſcopus impedire abſque cauſa.

Nau. conſil. 30. de ſpon. Parochus non ordinatus, præter ea quæ ſunt ordinis, omnia poteſt, quæ ad ſe pertinent.

Functiones propriæ Parochiales, quæ ſint.

CAP. VI.

Quaram. verbo Miſſa. FVnctiones propriæ Parocho, & in quibus Capellarum, ſeu quorumuis beneficiorum ſimplicium Rectores, Sacriſtæ, Capellaniuè, intromittere ſe nequeunt, hæ ſunt. Benedictiones candelarum, cinerum, Palmarum, & fontis baptiſmalis, ſanctiſsimi Sacramenti delationis, celebrationes Miſſarum Feria quinta in Cœna Domini, & Sabbathi ſancti. Aſperſiones domorum, & quæ in Dominicis diebus in Eccleſia fiunt. Quæcirca cultum ſanctiſsimi Sacramenti Corporis Chriſti, in Quatraginta horarum oratione, & ſimiles, quæ Populi, & animarum curam concernere videntur.

Pa-

Parochi dignitas, & prærogatiuæ.

CAP. VII.

PArochus in actu curæ animarum, gerit vices Epiſcopi, qui dicitur Rector Parochialis. Vnde eſt præferendus tamquam ſubrogatus in eius locum, cum etiam in praheminentia debeatur idem honor in ſubrogato ſicut ipſimet principali, in actibus in quibus illum repreſentat; quidquid ſit in alijs, prout dicitur de delegato ab Epiſcopo ad aliquem actum, puta celebrandi Synodum, vel ſimilem, qui debet præferri etiam in ſedendo in loco Epiſcopi delegantis, quaſi in illo actu ſpecialiter illum repreſentet.

C. Bonæ rei 12. q. 2. C. ad Apoſt. de donat. German. de indul. Card. nu. 25. Felin. in ca. Cum olim, de off. deleg. C. præcipimus 9. 3. Romã. ſing. 340.

In ſua Parochiali Parochus dicitur Prælatus, necnon tantam habet auctoritatem, quantam habet Prælatus cum Capitulo in Eccleſia Collegiata, idemq; Rector in propria Eccleſia dicitur Imperator, & Rex. Denique in ſua Parochia Apoſtolorum vices tenet. Molin. multis comprobat Parochos Canonicis longè eſſe præferendos concludendo ſub his verbis. *Semper igitur Canonici honorent Paſtores, & ſeſe eis coram Deo humiliter inferiores cognoſcant; etſi praua quadam huius ſaeculi iudicia aliud acclament; eſt enim cura dignior Canonicatu.* item habet Curatus adminiſtrationem maiorum, quæ præceden-

C. Duo 23. q. 4. Rom. conſil. fin. Tract. de Canon. l. 2. c. 14. C. cum in illis de præb. & dign.

tiam inducant; curæ namque exercitium continet in ſe magnum periculum, cùm ſit ars artium, cura eſt tanto prætioſior, quanto periculoſior, & quòd non omnis Sacerdos eſt idoneus ad curam animarum. Cura etiam ſuperat canonicatum ratione ſcientiæ cum in Curato maior, quàm in Canonico requiratur ſcientia, cum teneatur confiteri, & diſcernere peccata, & Euangelium declarare. Superat etiam in ratione ordinis, cum in Canonico ſufficiat ordo Subdiaconatus, Parochus debet eſſe Sacerdos, cum debeat adminiſtrare Sacramenta, & Miſſas celebrare, vt muneri ſuo ſatisfaciat.

C. penult. de æt. & qual.

Sacr. Conc. Trid. ſeſſ. 21 c. 4. de ref.

TIT.

TIT. II.

DE CAPELLIS, ET ORATORIIS,

Intra fines Parochiæ.

Aliam Eccleſiam, vel Capellam intra fines Parochiæ non extruendam inuito Rectore.

CAP. I.

ECCLESIA Parochialis gaudet priuilegio, vt intra ſuos fines, alia Eccleſia, vel Capella non poſsit ędificari inuito eius Rectore, quia eſſet facere in ſui præiudicium, cum comprehendat quidquid eſt intra fines eiuſdem Parochiæ, quaſi totum ipſum ſolum per fines deſignatos, ſit certo modo in poſſe ipſius Parochiæ, vt contra eius voluntatem alia Capella ædificari nequeat.

C. Quicunq. 16. q. 1.

C. Paſtoralis de his, quæ ſunt à Prǽl.

Ser-

Seruanda in extructione Oratorij auctoritate Apoſtolica.

CAP. II.

Piaſec. in prax. par. 3. c. 3. tit. de viſit. Eccl. Par. nu. 21.

IN facultatibus extruendi Oratoria, ſtylus Romanæ Curiæ, hæc inter alia ad fauorem Parochialium apponere conſueuit, quæ & ab Epiſcopis in huiuſmodi conceſſionibus apponi deberent.

Vt Oratorium decenter inſtructum, & ornatum, & ab omnibus actibus domeſticis liberum exiſtat, tum, vt conceſsio intelligatur ſine Parochialis Eccleſiæ præiudicio, & excipiantur dies Natalis Domini Noſtri, Reſurrectionis, Pentechoſtes, quibus ibidem celebrari non liceat, ſed Parochialis frequentetur, quodque alij, præterquam ſeruitio perſonæ cuius intuitu Oratorium conceditur neceſſarij, ibidem audientes Miſſam ab obligatione audiendi Miſſam in Eccleſia per hoc non liberentur.

Oratorium vnde dictum.

CAP. III.

C. pen. & fin. 42. diſt.

ORatorium dictum eſt ab orando, preceſque Deo offerendo, vt operi conueniat

reniat nomen. Cum enim Populorum deuotio frequens eſſet, propter eorum commoditatem viſum eſt plura loca conſtitui ad orandum. Largo modo omnis Eccleſia poteſt dici Oratorium, dicit enim Dominus, Domus mea, domus Orationis vocatur, vos autem feciſtis eam ſpeluncam.

C. fin. de ædific. Eccl.

Io. c. 2.

Oratoriorum differentia.

CAP. IV.

Oratorium, aliud eſt publicum, aliud priuatum. Publicum non poteſt ſine auctoritate Epiſcopi conſecrari, nec aliquis ſine Epiſcopo facit, vt Oratorium ſit locus Religioſus. Priuatum poteſt ab vnoquoque ſine licentia Epiſcopi conſtitui, non tamen in forma Eccleſiæ, quia orare tantum eſt permiſſum, & alia eſt cauſa celebrandi; ad hoc enim vt poſsit in eo celebrari, requiritur, vt ab Epiſcopo deſignetur, benedicatur, & facultas celebrandi detur, & cum in eo celebratur intelligitur ſemper abſque præiudicio Parochialis Eccleſiæ, & facultas celebrandi Miſſas in eo non includit certos dies, quibus non niſi in Parochijs licet, dummodo expreſsè Epiſcopus non permittat.

C. auctoritate de Priuil. in 6.

C. nemo de conſec. d. 1. Abb. in c. officij de Teſtam.

C. vnicuiq; de conſecr. d. 1.

C. in his de Priu.

C. ſi quis & de conſecr. d. [illegible]

In Oratorio priuato nequeunt retineri Cam-

C. Patentib. de Priu.

Abb. in ca. inter dilectos de Don.

Campanę. Quod etiam viſitari debet, etiam quod fuerit ordinatum à fundatore, quod Epiſcopus nullo modo ſe intromittat; & cũ honeſtè non tractatur poteſt ordinari ſub cenſuris, quod deſtruatur. gaudet item immunitate Eccleſiaſtica ſi auctoritate Epiſcopi ſit conſtructum, non autem eſt capax intitulationis perpetuæ.

Abb. in ca. fin. de cenſ.

Dec. conſil. 148.

Oratorium publicum auctoritate Epiſcopi conſtructum venit appellatione beneficij, & ſi habeat dotem cum alijs requiſitis, & campanulam, cenſetur Eccleſia, & eius appellatione venit, & gaudet ſolemnitate requiſita circa alienationem rerum ipſius. Fundator autem ipſius compellitur ordinario iure ad dotem conſtituendam. Nec tale publicum Oratorium ſine conſenſu Epiſcopi, conſtrui debet, aliàs ſi fit, cedit ipſi Epiſcopo cum omnibus ſuis fructibus, non tamen vt in vſus ſuos conuertat, ſed in vtilitatem ipſius Oratorij.

Abb. in ca. fin. de cen. Lamber. de iurepatr. li. 1. par. 1. q. 11. art. 12. Rebuff. de alien. rebus Ecc. nu. 57. C. Piæ mentis 16. q. 7. Io. Andr. in c. Cum olim de Priu.

In Capellis, & alijs Eccleſijs non Parochialibus, non poteſt aſſeruari ſanctiſsimũ Sacramentum pro adoratione, ne quidem de licentia Epiſcopi, niſi ex auctoritate, & conceſsione Papæ, vt habent Regulares.

Genuen. in Prax. c. 110.

De oblationibus quæ fiunt in ipſis Oratorijs, vide in Titulo ſequenti.

TIT.

TIT. III.

DE OBLATIONIBVS.

Oblationum inſtitutio, & earum initium.

CAP. I.

OBLATIONES à DEO fuere ordinatæ. *Non apparebis, inquit Dominus, ante conſpectum meum vacuus.* Cœperunt autem oblationes tempore Cain, & Abel, alij dicunt tempore Noè, vt in Gen. 4. & 8. vbi dicitur, *Noe ædificauit Altare Domino, tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis, & obtulit illa in Holocauſta ſuper Altare.* Et in li. Num. cap. 6., vbi habetur quòd Principes Iſrael obtulerunt munera coram Domino, ſex plauſtra tecta, cum duodecim bobus, & alia quæ præcepit Dominus. Exod.c.3.

Obla-

Oblationes quæ ſint, & quid ſub earum nomine contineatur.

CAP. II.

C. Cauſa de verb. ſignif.

C. Cum inter de verb. ſignific.

OBlationes ſunt quęcunque de proprijs & licitis rebus à fidelibus offeruntur. & ſub nomine oblationum continentur omnia quocunque titulo ad Eccleſiam perueniunt.

Oblationum ſpecies.

CAP. III.

Rebuff. de Dec. q. 1. n. 27.

Socin. & Toril. de Don. Borg. de iur. par. 6. de Priu. & obl.

OBlationum tres ſunt ſpecies.

Prima dicitur donatio rei inter viuos facta Deo, vel Eccleſiæ.

Secunda dicitur donatio cauſa mortis.

Tertia dicitur vſualis, & eſt illa quam faciunt fideles dum offerunt ad Altare, vel ad manum Sacerdotis.

Obla-

Oblationum neceſsitas.

CAP. IV.

QVatuor caſus colliguntur, in quibus oblationes neceſſariò ſunt faciendæ. C. ad Apoſt. de Sim.

Primò, conſuetudo, nam vbi extaret, quod in quibuſdam feſtiuitatibus Parochiani ſoliti ſunt certas facere oblationes, illis neglectis, aut non præſtitis poſſunt per Superiorem cogi ad illam conſuetudinem ſeruandam, & videtur dici de conſuetudine per decem annos recepta. Nau. ca. 13. nu. 19.

Secundò, ſi Parochus indigeat, tunc enim cogendi ſunt ad offerendum ſub priuatione Diuini Officij. C. Cum ſit de Sim.

Tertiò in diebus feſtiuis, vbi Eccleſia non habet Decimas, & de hoc infrâ.

Quartò vbi relictum fuit aliquid ex Teſtamento. Rebuff. de Dec. q. 1. nu. 24.

Oblationes faciendas eſſe in Eccleſia diebus feſtis.

CAP. V.

OBlationes debent fieri in Eccleſia diebus Dominicis & feſtis, vt ſupra dictum C. Omnis chriſt. de conſec. d. 1.

tum eſt in tertio caſu. Gloſſa ibi videtur innuere eſſe præceptum, dum ſtante neceſſitate dicit poſſe prouideri per ſubtractionem Sacramentorum, ad hoc vt fideles citius inducantur ad oblationes, quæ Deo pro vſu, & commoditate ſuorum miniſtrorum offeruntur, ipſi enim orant pro populo. Tamen conſuetudine communiter eſt receptum, neminem talibus diebus teneri de præcepto offerre, vt aliter peccet; ſi tamen in ipſa Cathedrali Eccleſia, vel etiam in alia eſſet antiqua conſuetudo offerendi, ea ſeruanda eſſet, vt ſupra innuimus, ſecus ſi per deuotionem liberam fiat, ſufficit cum major pars Populi offert.

Abb. & alij in rubr. de Par. Ferd. Paez. in reper. C. Miſſa nu. 145. de conſecr. d. 1. Pum. Oblat. nu. 3.

Oblationes à quibus non recipiendæ.

CAP. VI.

CVM Deus potius offerentis animum, quàm ipſum munus reſpiciat, ſicut quoniam magis reſpexit ad munera Abel, quàm Caim, hoc munus quod Deo offertur, requiritur vt ſit immaculatum, & purum, ſic enim legitur, *Dona iniquorum, non probat Altiſſimus, nec reſpicit in oblationes iniquorum, nec in multitudine Sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis.* Hoc idem affirmat D. Auguſtinus, & D. Gregorius, Ait, *Scriptum quod victimæ impiorum abominabiles Deo ſunt, vota iuſtorum*

Ecc. 38. Lib. de ver. Dom. ſer. 35. Lib. præf. in 100.

ſlorum placabilia, neque enim omnipotentis iudicio, quid, ſed à quo detur inſpicitur; hinc ſcriptum eſt, reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, ad Caim autem, & ad munera eius non reſpexit. Ideò Eccleſia, non recipit oblationes,

Ab Hæreticis, Iudæis, excommunicatis.

Non ab oppreſſoribus pauperum,

Non à raptoribus.

Non ab vſurarijs.

Non ab affinibus atrocium criminum,

Non ab inuadentibus bona Eccleſiæ, antequam reſtituant.

Non à publicis meretricibus.

Et hoc in deteſtationem criminis eorum, & ne videatur illorum peccata fouère.

C. granibus 3.q.7. C. Non eſt 1.q.1. Flor.3.parte tit.12.ca.11. C. Oblationes diſt.30. C Super eo de empt. C. Quia de vſur. Card. Hoſt. c.56. C. De viro, 12.q.9. C. Ex tranſmiſ. de Dec.

Laicos à Clericis oblationes recipere non debere.

CAP. VII.

Laici nunquam debent recipere à Clericis oblationes, nec aliqua in hoc conſuetudo eſſet admittenda, & quæ ſi extaret potius eſſet abuſus, quam laudabilis cõſuetudo, nam tales prætendentes à Clericis oblationes ſunt excommunicandi, & omnis conſuetudo contraria ſublata fuit.

Limitatur primò, quod poſſint ex cauſa recipere Laici à Clericis oblationes ad tem-

C. Antiq. & C. Quia ſanatq.10.q.3. Io. And. in c. inquirendum de Pec. Dec. conſil. 144. Prep. in c. Altari q.3

pus cum cauſa ſit pia ad fauorem Eccleſiæ, & animæ ſalutem, tamen non licet eas acci-
Hoſt. & Gof. in ſumm. de oblat. pere propria auctoritate, ſub quouis prætex tu, ſed Sacerdoti conuenit illas pauperibus
Syl. ver. Decimæ q. 3. erogare, vel in caſibus, vbi cauſa pia ſubeſt.
D. Tho. 2. 2. q. 86. Limitatur ſecundo in cōſuetudine introducta in Italia, per quam in feſto Purificationis B. Virginis, Laici recipiunt oblationes Candelarum benedictarum à Sacerdotibus, quæ ſeruanda erit his concurrentibus.

Primò, quando ex iſtis oblationibus Eccleſia nullum damnum pateretur, & Populus ad deuotionem excitaretur, quod in-
Frid. de ſen. conſil. 155. telligendum eſt quantum ad vnam candelam pro quolibet, aliàs eſſet damnoſum, quia eſſet tributum debitum ab Eccleſia Laicis, nec Epiſcopus poteſt cogere Sa-
C. vbi iſtæ diſt. 74. cerdotes ad dandum. Idcirco conſuetudo vſitata quod ad domos deferantur non
C. Priuil. 18. q. 3. eſt laudabilis, eò quòd hoc modo quaſi videntur Laici exigere tributum ab Eccleſia, quod tolerandum non eſt, & talis non vſus, ſed abuſus eſt, qui punitur. Vnde Conc.
Conc. Prou. 3. Med. tit. quæ ad Sact. Prou. Mediol. cautum eſt ne candelæ benedictæ deferantur domum ad Laicos, ſaluo, ſi quod Patronus aliquis beneficij iure habet illas exigendi. Voluntariè tamen obla-
C. quæ 13. q 2. tas candelas Laici poſſunt recipere, & non poteſt quis præſumere, quòd Eccleſia ſit conſtructa ſub hac tributaria conditione,
C. Poſtquā diſt. 18. quia à lege prohibitum eſt.

In Oratorijs Confraternitatum oblationes fieri, permiſſum.

C A P. V I I I.

COnfraternitatibus Laicorum, & Societatibus permittuntur fieri oblationes in eorum Oratorijs, dummodo tales in vtilitatem Eccleſiæ conuertantur. Poſſunt etiã Laici nomine Eccleſiæ recipere, dummodo habeant miniſterium.

Abb. in C. Paſtor. de his Fel. in c. dilectus de offic. ord.

Dec. conſil. 143.

Oblationes facta Capellæ in Eccleſia exiſtenti, cui obueniant.

C A P. I X.

OBlationes factę alicui capellæ in Eccleſia exiſtenti, non Capellano, ſed Eccleſiæ, & Rectori debentur.

Excipitur ſecundum aliquos, niſi appareat relictum eſſe intuitu ipſius Capellæ, nõ Eccleſiæ; Ex coniecturis autem percipi poteſt cuius intuitu fiant oblationes, vt, ſi in ipſo Altari adeſſet imago alicuius Sancti, cuius intuitu fierent oblationes, debentur Altari non Rectori. In dubio autem oblationes, quæ fiunt in aliquo Altari, præſumuntur fieri intuitu Eccleſiæ.

Felin. in C. Dilectus de off. ord. Socin. de obl. lib. 18. q fin. Abb. in c. 2. de ſucceſſ. ab int. & in c. Paſtoralis de his. &c. Genuen. in Prax. c. 72. nu. 14.

Oblationes factæ in Capella, vel Oratorio intra fines Parochiæ, cui cedant.

CAP. X.

Fel. l. 1. & in c. Requiſiſti de Teſtam. Abb. in c. 3. de Eccl. æd. & in c. Paſtoralis de his. cap. Ex tranſmiſſa de præſcrip. Dec. conſil. 348.

OBlationes quæ fiunt in Capella, vel Oratorio ſito intra Parochię fines, non Oratorio, ſed ipſi Parochiali adiudicantur, verũ videtur militare exceptio in ſuperiori capite allata; Decius enim declarat, ſi imago eſſet in aliquo Oratorio intuitu cuius fierent oblationes, quòd cederent Oratorio. In dubio tamen videtur habere locum prima opinio, quæ mihi placet abſolutè, tum propter auctoritates ſupra allegatas, tum etiam quia ſicut noualium decimę debentur Eccleſiæ in cuius Parochia ſurgunt, ita etiã ſeruandum de obligationibus, quę decimis ęquiparantur.

Doct. ſuper rub. de Dec. & in c. quãuis de Dec.

Oblationes factæ Imagini depictæ in pariete domus priuatæ, cui adiudicentur.

CAP. XI.

c. Quoniam de Dec. Ant. & Abb. & Trum. in c. Paſtoralis de his, &c.

OBlationes factę Imagini depictę in pariete domus alicuius perſonę priuatę magis communis opinio eſt, quod Eccleſię

Pa-

Parochiali quærantur, intra cuius fines ſitus Socin.l.1.
eſt paries, Parochus enim ſuam habet fundatam intentionem ſuper oblationibus quæ fiunt intrà fines, nec Epiſcopus poteſt concedere Domino domus vbi eſt imago: Quod in multis deletum viſum fuit, vel ex conſuetudine, aut præſcriptione, quæ dat, & aufert iuriſdictionem, vel non curantibus, & negligentibus Parochis.

Abb. in cap. Quamuis de his quæ &c. Rebuff. de ... Dec. q. 1. nu. 29. C. Dilectide Arb. C. Conqueſtus 9. pun. 3. Maluel. de obl. dub. 4.

Excipitur niſi offerens obtuliſſet contemplatione Domini domus, puta ſi talis eſſet pauper, vel tales oblationes in pios vſus conuerteret, tunc enim illius Domini oblationes efficerentur, item ſi ex tacitâ voluntate, vt ſi offerens ſciebat Dominum domus ex conſuetudine conuertere oblationes in ſuas neceſsitates, vel in pios vſus. Nec obſtat, c. Hanc conſuetudinem 11. q. 1. quia loquitur de oblatis in Eccleſia, non in loco prophano. Si verò daretur ignorantia in offerente, vel non poſſet apparere de voluntate offerentis, tunc non acquireretur Domino domus. Si autem imagini donaretur pès, aut brachium quod illi deficiebat, tunc eſt Domini illius domus, quia corpus principale trahit ad ſe illam partem. Notandum item eſt non poſſe compelli Dominum domus, vt deſtruat imaginem, cùm in ſeptima Synodo ſtatutum fuerit, imagines Sanctorum poſſe detineri in priuatis ædibus, & vijs publicis.

Socin. l. ... Aug. in l. item. §. item quæcunque ff. de rei vendit. Felin. l. 1.

Excipitur tamen niſi Populus abuteretur

dicta imagine, vel eſſet periculum Idololatriæ, tunc enim poſſet Epiſcopus illam deſtrui facere, & tunc id faciendum eſt ſine Populi ſcandalo, & Sanctorum offenſione. Dominus verò domus poſſet imaginem delere, frangere, & abradere, quod intelligendum, dummodo non fiat in contemptu, & ſine Populi ſcandalo.

Socin. l. 6.

Felin. de preſcript.

Oblationes factæ in Cathedrali tempore Iubilæi, ad quem ſpectent.

CAP. XII.

Rot. Rom. in vna bene uent. ſpolij Decembris 1585.

OBlationes quæ fiunt tempore Iubilæi in Eccleſia Cathedrali, ſpectant ad Archipresbyterum, non ad Epiſcopũ, quoniam cum Archipresbyter habeat curam animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum, habet conſequenter in omnibus oblationibus de iure communi fundatam intentionem.

Oblationes factæ celebranti, cuius ſint.

CAP. XIII.

Fum. in obl nu. 3.

OBlata celebranti in Eccleſia cedunt Rectori.

Si Epiſcopus celebrauerit Miſſam in Parochiali oblationes in ea factæ ſunt Epiſcopi, nam tota ſua Diœceſis intelligitur eius Parochia.

C. 1. de sup. Socin. l. c. Hoſt. de Paſ.

Limitatur primò, quando conſuetudo eſſet in contrarium.

Limitatur ſecundò, quando Epiſcopus in vno loco longam traheret moram, & nimis frequenter celebraret.

Oblationes factæ in conſecratione Eccleſiæ ſpectant ad Epiſcopum.

Ampliatur etiam ad oblationes factas in conſecratione Epiſcopi, vt debeant eſſe Epiſcopi non aſſiſtentis.

Hoſt. & Soc. l. 1.

Si conſuetudo ſit, vel ſtatutum, vt oblationes, quæ fiunt die Dominico debeant eſſe Prælati, & in feſto principali debeant eſſe Epiſcopi, ſi feſtum principale occurret in die Dominica, ſi oblationes fuerint contemplatione Dominicæ cedunt Prælato, aliæ cedunt Epiſcopo; vel die, quod oblationes factæ ab alienis Parochianis, cenſentur factæ ratione feſtiuitatis, à proprijs autem Parochianis, cum dubium ſit cuius contemplatione fiant, diuidendæ ſunt.

Socin. l. c.

Ex his reſoluitur quæſtio, quòd oblationes quæ fiunt in Miſſa de ſponſo, quæ celebratur à Parocho in aliena Parochia debent eſſe celebrantis, cuius contemplatione dentur.

TIT. IV.

DE PRIMITIIS.

Primitiæ vndè dicantur.

CAP. I.

D.Tho.2.2. q.86. Doct.in c.1. de Dec.

Rebuff.de Dec.q.1.

Sylue.verbo Decima.

PRIMITIAE dicuntur, quaſi primi fructus terræ eo anno collecti, ideò dicitur, quòd primitiæ ſunt prima pars frugum; ſiue fructuum Domino offerēda, pro prima declaratur dignitas recognoſcendi Dominum in Diuino cultu, quia offerebantur per modum oblationis.

Primitiarum inſtitutio, earumuè primus offerens.

CAP. II.

Exod.c.23.

Plin.l.18.c.2.

FVIT à Domino ordinatum, vt Primitiæ traderentur, dum dicitur, *Primitias frugum, terræ tuæ deferes in domum Domini Dei tui*. Quæ non ſolum dabantur ab homini-

bus

bus in veteri lege, vt à Populo Dei, ſed etiã à Gentilibus. Et Romani non guſtabant vina, aut nouas fruges, priuſquàm Sacerdotes primitias libaſſent. Et Athenienſes Apollini dabant primitias crinium, cùm ex Ephebis exceſsiſſent, ad exemplum Theſei, qui poſt ſuam pueritiam primas comas, quas primò tondit Phœbo, & Aeſculapio, aut Libero in primitias obtulit. Alex. Genial. dierum lib. 5. c. 18.

In veteri Teſtamento, Abel fuit primus, qui obtulit Primitias de bonis ſuis. Rebuff. de Dec. q. 1.

Primitiæ, an debitæ.

CAP. III.

ETSI videatur Primitias eſſe voluntarias, non neceſſarias, & ſi de conſilio non de præcepto; Deus enim illas non vult niſi ſpontè oblatas, vt legitur Exodi, vbi Dominus loquens Moyſi dixit, *Loquere filijs Iſrael vt tollant mihi Primitias ab omni homine, qui offert vltroneus, accipietis eas.* Tamen dicendum, quod ex conſuetudine non dandi Primitias Deo de frugibus terræ, inducitur ingratitudo contra Deum, qui abundanter nobis dona concedit, vnde ne eius benignitatis obliti videamur, tales Primitias ſic de iure naturæ ſoluere tenemur, vt benefacienti, benefacere debeamus, Rebuff. lib. 1. nu. 21. Andr. Hiſp. in Reg. 10. q. 6. C. Chriſtianis 11. q. 2.

C. Quia tua 12.q.1. Flor.3.p. tit. 12.c.2. Rebuff. l. 1. Syl.l.1.

mus; ex quo vox Dei talem datorem dilexiſſe oſtenditur. Vbi autem extat conſuetudo illas dandi, tunc etiam debentur de Præcepto.

Primitiarum quantitas.

CAP. IV.

QVantitas non reperitur terminata in libris Moyſis, ſed D. Hieronymus ſuper Ezech. dicit, quòd ex maiorum traditione, inductum fuit, vt maior pars Primitiarum eſſet Quadrageſima, minor Sexageſima,&erat in arbitrio ſoluentis dare maiorem,vel minorem partem de fructibus terræ. De animalibus autem dabant tantum Primogenituram; Quamuis alij dicant, quod de ducentis daretur vnum, & qui tot animalia non habebat,dabat æſtimationem pro prætio; alij quòd de centeſimo numero daretur vnum, ſed in hoc, cum nihil ſit determinatum in iure ſtandum eſt conſuetudini.

Abb. in c. 1. de Dec. Goff. de Decim. nu. 75. Rebuff. L. 1.

TIT.

TIT. V.

DE DECIMIS.

Decimas deberi iure naturæ.

CAP. I.

EST de iure naturæ quod à Laicis Clericis aliquid ſoluatur, ratio enim dictat vt laborantibus pro Populo Populus alimenta ſubminiſtret, vnde namque deducitur tributa deberi Regibus, & militibus ſtipendia, & miniſtris publicis ſalaria, inde etiam deduci poteſt, Decimas, vel aliquid earum loco deberi Sacerdotibus. Et tempore legis naturæ Abraham dedit decimas Melchiſedech Sacerdoti, qui tunc erat, in quem locum ſcribens D. Chriſoſtomus, inquit, Abrahamum hoc facto Doctorem noſtrum fuiſſe, ac monuiſſe quid nos facere debeamus. Gen. 14. Hom. 35. in Gen.

Ad Decimas teneri Laicos etiam iure Diuino.

CAP. II.

ID patet ex vtroque Teſtamento, ac Leuit. c. vlt. & Num. c. 18. Malach. cap. 3. & alibi Deus iuſsit Decimas Leuitis dare, quæ quidem præcepta licet non obligent chriſtianos, vt iudicialia erant, obligant quatenus moralia, id eſt, quòd pars aliqua
Lib. 2. conſt. Ap. can. 29. 38. 39. lib. 8. cap. 36. fructuum ſit Sacerdotibus danda, id enim apertè docet Clemens, qui dicit, *Etſi Chriſtiani ſunt liberi à cæremonijs legis veteris, non tamen à Decimis, & Oblationibus, immò nunc magis teneri ad hæc omnia Chriſtianos, cum debeat eorum iuſtitia abundare pluſquam Scribarum, & Phariſeorum.*

D. item Hieronymus in cap. 3. Malach. ſic ait.

Quod de Decimis; primitijſque diximus, quæ olim dabantur à Populo Sacerdotibus, atque Leuitis, in Eccleſiæ quoque Populis intelligite, quibus præceptum eſt non ſolum Decimas, & Primitias dare, ſed & vendere omnia, quæ habent, & dare pauperibus; quod ſi facere nolumus, ſaltem Iudæorum imitemur exordia, vt pauperibus partem demus ex toto, & Sacerdotibus & Leuitis honorem debitum deferamus, quod qui non fecerit, Deum fraudare, & ſupplantare conuincitur.

Vbi

Vbi notandum, quod etſi B. Hieronymus dicat eſſe præceptum vendere omnia, & dare pauperibus, intelligi eſſe præceptum non abſolutè, ſicut de ſoluendis, *Sed ſi quis perfectus eſſe velit*; Nam de iſto ſubdit, *Quod ſi facere nolumus &c.* De Decimis autem dicit. *Quod qui non fecerit, Deum fraudare, & ſupplantare conuincitur.* Item B. Auguſtinus eundem locum Malachiæ tractans, *Deus, inquit, qui dignatus eſt totum dare, Decimam à nobis dignatur repetere, non ſibi, ſed nobis, ſine dubio profuturam; ſic enim per Prophetam ipſe promiſit, dicens, Inferte omnem Decimam in horreis meis, vt ſit cibus in domo mea, & probate me in his, dicit Dominus.* B. Gregorius inquit, *Sicut offerre in lege iubemini fratres cariſſimi Decimas rerum, ita ei offerre contendite, & Decimas dierum.* Deinde in nouo Teſtamento habemus. *Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo.* In quem locum S. Hieronymus, & Auguſtinus dicunt præcipere Dominum, vt reddātur Cæſari tributa, & Deo Decimæ. Præterea; *Dignus eſt operarius mercede ſua. Neſcitis, quoniam qui in ſacrario ſunt, edunt, & qui Altari deſeruiunt, cum Altari participare, & Dominus ordinauit ÿs, qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere.* Et ibidem; *quis militat ſuis ſtipendÿs vnquam? etſi nos vobis ſpiritualia ſeminauimus, magnum eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus?* De quo loco tractans D. Auguſtinus, & inde exponens illa verba Pſalmi, *Qui parat terræ pluuiam, producens*

Serm. 219. de Temp.

Hom. 6 in Euang.

Lib. Solom.

Hom. 48.

Math. 10.

1. Cor. 9.

Tract. in Pſ. 46.

in

in montibus fœnum, dicit, Populos, qui tanquam terra accipiunt pluuiam doctrinæ à Sacerdotibus debere illis producere fœnū temporalium bonorum. *Accipe*, inquit, *pluuiam*, *& da fœnum*, *etenim iſta omnia*, *quæ Eccleſiæ ad neceſſitates ſeruientium Deo*, *dantur à diuitibus*, *quid ſunt niſi fœnum? Et infrà*, *debetur pluuiæ fructus*, *debetur ſeruo cibus*, *ſicut Dominus*, *ait*; *Manducate quæ apud illos ſunt*; *& ne putarent aliquid de ſuo donare*; *dignus eſt*, *inquit*, *Operarius mercede ſua*. *Et infrà*, *exime aliquam partem redditum tuorum*, *decimas vis*, *decimas exime*, *quamquam parum ſit*; *dictum eſt enim*, *quia Phariſæi decimas dabant*, *& quid Dominus? niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum*, *& Phariſæorum non intrabitis in Regnum Cœlorum*.

Notandum tempore B. Auguſtini multos in Affrica non conſueuiſſe decimas ſoluere, ſicut modo in quibuſdam alijs partibus, ideò eos B. Auguſtinum ad Decimas cohortari: *Maiores noſtri*, inquit, *ideo copijs omnibus abundabant*, *quia Deo Decimas dabant*, *& Cæſari cenſum reddebant*, *modo autem quia deceſſit deuotio Dei*, *acceſſit indictio fiſci*; *Noluimus partiri cum Deo Decimas*, *modo autem totum tollitur*.

Hom.48. ex lib.50. Hom

Sol-

Soluendas eſſe Decimas iure quoque Eccleſiaſtico.

CAP. III.

MVlta ſunt antiqua Concilia, in quibus id apertè præcipitur, vt Aurelianenſe Primum, ante annos mille; item Matiſconenſe Secundum eodem ſæculo celebratum, dicit leges diuinas de ſoluendis decimis longis temporibus in Eccleſia cuſtoditas, etiam deinceps eſſe cuſtodiendas. Foroiulienſe idem habet. Moguntinum tempore Caroli Magni. Moguntinum ſub Rabano. Moguntinum tempore Imperatoris Arnulphi excommunicari iubet eos, qui decimas dare neglexerint. Rhemenſe tempore Caroli Magni. Valentinum tempore Lotharij. Arelatenſe Quartum. Cabilonenſe Secundum, Metenſe, Triburienſe, quæ omnia ante annos DCC. vel DCCC. vel mille acta ſunt. Prætereà ſunt Cōcilia Generalia Lateranenſe ſub Innoc. III. ſtatuit, vt Decimæ ante tributa & cenſus perſoluantur, & alia quædam. In Concilio Viennenſi excommunicantur ipſo facto Religioſi, qui in contione aliquid dicunt; vnde retrahant Populum à ſoluendis Decimis. Concilium Conſtantienſe damnauit articulum Vuiclefi, quod Decimæ ſint puræ eleemoſynæ. Demum

Cap. 17. Cap. 5. Cap. vlt. Cap. 38. Cap. 4. Cap. 17. Cap. 38. Cap. 9. Cap. 19. Cap. 3. Cap. 13. Clem. cupientes de Pœn. Seſſ. 8. Seſſ. 15. cap. 13.

mum Sacrum Concilium Tridentinum docet ſolutionem Decimarum debitam eſſe Deo, & iubet, vt excommunicentur, qui eas ſubtrahunt, aut ne ab alijs dentur impediunt, nec debere abſolui, donec integrè reſtituant. His accedunt plurima Decreta Pontificum Summorum, quæ habentur 16. q. 1. & 7. & Extrau. de Dec. ac non in ſexto, & Clement. & Extrauag. eodem Titulo.

Præceptum de ſoluendis Decimis quo ad determinationem quantitatis, nunc non eſſe de iure Diuino.

CAP. IV.

Gloſſ. in c. 1 de Dec. in 6. Innoc. in Rubr. de Decim. Abb. in cap. Aliquibus de Dec. Hoſtien. in ſumm. de Dec. Syluest. verb. Dec. nu. 4. Nauarr. c. 48. nu. 28. Conſil. 35. de Dec. l. 3.

QVidam contendunt Decimas, etiam quo ad determinationem quantitatis eſſe de iure Diuino, nec poſſe vlla humana lege, aut conſuetudine aliam ſtatui quantitatem, niſi aliquorum Canonum authoritati, ac præſertim, c. in aliquibus de Decimis, qui dicunt Decimas deberi iure Diuino. At ſine dubio error eſt manifeſtus, vt non ſolum Theologi omnes, ſed etiam ex Canoniſtis docent. Nam tale præceptum nuſquam inuenitur Chriſtianis impoſitum, nec in noua, nec in veteri lege, & quod non in

in noua, patet; nec in veteri, præceptum enim legis veteris quo ad illam determinationem non erat morale, nec propriè cæremoniale, ſed Iudiciale. Quòd non ſit morale, patet, quia moralia ſemper obligauerunt, lex autem de Decimis non fuit ante tempora Moyſis, nec ratio dictat, vt Sacerdoti dentur decem partes, ſed vt detur, quantum ſatis eſt ad eius ſuſtentationem; Vnde Iacob vouit ſe daturū Decimas Deo omnium quæ poſsideret, ſi Deus dirigeret eum in via &c. At impium fuiſſet vouere Decimas cum tali conditione, ſi abſolutè fuiſſet obligatus eas ſoluere. Præterea ſi moralis fuiſſet iſta determinatio Decimarū, certè etiam morale eſſet præceptum, quod ibidem additur, vt qui Decimas habent, nullum aliud Patrimonium haberent, atque ita iure Diuino tenerentur Clerici dimittere Patrimonium.

Alex. 3. p. q. 51. D. Th. 2. 2. q. 87. art. 1. Gen. 28.

Quod autem non ſit propriè cęremoniale, ſed iudiciale, ex eo patet, quia non ordinatur immediatè ad colendum Deum, ſed ad æquitatem inter homines conſtituendam, ideò enim iuſsit Deus dari Decimam partem omnium bonorum Leuitis, non octauam, aut vigeſimam, vt eſſet proportio inter Leuitarum opes, & aliorum. Erat enim familia Leui vna ex duodecim tribubus Iſrael, vel potius ex tredecim, nam etiam ſi duodecim fuerint filij Iſrael, tamen Ioſeph duas tribus fecit, ideſt Ephraim, & Manaſ-

ſe, & ſecundum æquitatem tertiamdecimã partem bonorum habere debuiſſent, tamen quia erant cœteris nobiliores, & quia Deus præuidebat non defuturos tranſgreſſores, qui non integrè ſoluerent, idcircò attribuit eis partem decimam, id eſt, amplius quàm cœteris, vt ſic ad æqualitatem veniretur,nō obſtantibus tranſgreſſoribus. Neque obſtat quòd Innocentius Papa dicit,Decimas Deũ requirere ad profeſsionem ſupremi Dominij, ex quo non ſequi, quòd ſit præceptum cæremoniale, nam non dantur Decimæ immediatè, & per ſe ad hunc finem, vt profiteantur, qui eas dant, ſe agnoſcere ſupremum Dominium, ſicut faciunt, qui ſacrificium offerunt, ſed ſolum mediatè, & per aliud, quia nimirum dantur Deo per ſuos Miniſtros, dantur enim Sacerdotibus, vt miniſtris Dei. Conſtat autem ex Fide Catholica legem veterem poſt Chriſti aduentum eſſe abrogatam, quatenus poſitiua erat, vt Apoſtolus diſertè docet, & idem confirmabat Decretalis vnica de Purificatione poſt partum, quam Canoniſtæ ignorare non poſſunt, quare lex illa de ſoluenda decima parte bonorum cum ſit Iudicialis, non ad Chriſtianos pertinet ex vi Teſtamenti veteris. Nec obſtat quòd Sacri Canones dicant Iurediuino deberi Decimas, nam tribus modis intelligi poſſunt, vno modo, vt ſenſus ſit deberi iure diuino quoad ſubſtantiam, non quo ad quantitatem,ſiue iure Diuino

C. Tua nos de Dec.

Gal. 3. Eph. 2. Hebr. 7. & alibi.

uino addita Eccleſiæ determinatione, ſicuti dicimus feſta iure Diuino ſanctificanda eſſe etiam nunc, & hoc modo intelligitur Concilium Matiſconenſe XI., vbi dicitur legem Diuinam de ſoluendis Decimis eſſe ſeruandam. Altero modo, vt ſit ſenſus, Deum impoſuiſſe Decimam Chriſtianis nõ verbo; ſed exemplo, nam eas Iudæis impoſuit, ſimul oſtendit, quòd etiam Chriſtianos facere par eſſet; quomodo quidam Patres dicunt Quadrageſimam eſſe indictam à Domino, quia nimirum exemplo nos docuit ieiunare Quadrageſimam. Tertio modo, vt ſit ſenſus; deberi iure Diuino, ideſt, iuxta determinationem quantitatis quæ habetur in iure Diuino, quamquam non ex vi iuris Diuini, ſed ex vi iuris Eccleſiaſtici, & hoc modo intelligi debent verba cap. in aliquibus, de Decimis, quæ talia ſunt; *illæ quippè Decimæ neceſſariæ ſunt, quæ debentur ex lege Diuina, vel loci conſuetudine approbata.* Eſt enim ſenſus; illæ Decimæ neceſſariò ſoluendæ ſunt, quæ debentur, vel iuxta quantitatem lege Diuina determinatam, quam Eccleſia innouauit, vt ſit vbi ſoluuntur integræ Decimæ, vel iuxta quantitatem conſuetudine loci determinatam, vt ſit, vbi ſoluitur minus quàm Decima. Et notandum ex hoc textu, quò canoniſtæ maximè nituntur, ſumi argumentum optimum contra ipſos, ſi enim Decimæ quo ad quantitatem deberentur iure Diuino, vbique integræ

Cap. 5.

D. Ambroſ. Serm. 36.

ſoluendæ eſſent, nec diceret textus ille alicubi debere ſolui iuxta conſuetudinem.

Præceptum de ſoluendis Decimis, quatenus poſitiuum, poſſe contraria conſuetudine abrogari.

CAP. V.

PRæceptum de ſoluendis Decimis qua parte Diuinum, & naturale eſt, non poteſt vlla lege humana, vel conſuetudine contraria aboleri. Ac proinde Eccleſia habet ius petendi Decimas, etiam vbi conſuetudo eſt, vt non ſoluantur. In hoc enim conueniunt omnes Theologi, & Canoniſtæ. Quatenus autem poſitiuum, & humanum eſt, poteſt mutari conſuetudine, ad mentem D. Th. nam D. Th. docet præceptum de Decimis, quatenus humanum eſt poſſe ab Eccleſia mutari, ita vt teneatur Populus, non Decimam, ſed duodecimam, vel octauam ſoluere. At non minorem vim habet conſuetudo legitimè præſcripta, quàm lex quælibet humana, vt cum cœteris docet ipſe etiam Sotus. Præterea B. Tho. poſtquam docuit conſuetudine nunquam abrogari legem de ſoluendis Decimis, ſubiungit rationem, quia lex iſta Diuina, & naturalis

[Margin: 2. 2. q. 87. art. 1.]

[Margin: L. 1. q. 7. art. 2. de iuſt. & iure.]

eſt,

eſt; igitur B. Th. non putat legem de Decimis, quatenus Eccleſiaſtica eſt, poſſe mutari conſuetudine, ſed ſolum quatenus naturalis, & Diuina eſt. His accedit Cap. in aliquibus de Decimis, vbi dicitur ſoluendas eſſe Decimas ſecundum determinationem legis Diuinæ, aut conſuetudinis approbatæ. Obſeruandum tamen eſt, quòd ſicut conſuetudo tollit legem, ita lex tollit conſuetudinē, ſi iuſtis de cauſis feratur ab eo qui habet auctoritatem. Quare vbi nunc eſt conſuetudo ſoluendi ſolum triceſimam, aut quinquageſimam loco Decimæ, non tenentur ſoluere quidquā amplius; tamen ſi nunc Pontifex, aut Concilium iuſtis de cauſis, iterum legem ferat, vt integræ Decimæ ſoluantur vbique, non obſtante conſuetudine, ſine dubio tenerentur ſoluere, qui in eis locis agunt, vbi non eſt conſuetudo ſoluendi minus quàm Decimam.

Nequitiam Clerici non excuſare à ſolutione Decimarum.

CAP. VI.

HOC eligitur ex illo Mathæi, *Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo*. Vbi Sanctus Hieronymus ſcribit: *Quod ait*, inquit, *Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari*, Cap. 22.

nummum, tributum, & pecuniam; & quæ ſunt Dei, Deo Decimas, Primitias, & Oblationes, ac victimam ſentiamus.

At certum eſt tempore Domini nō ſolum Cæſarem impium, & infidelem, ſed etiam Sacerdotes improbiſsimos, ac deprauatiſſimos fuiſſe. Præterea ex Innocentio III. in Epiſtola ad Epiſcopum Vercellenſem. *Prætextu*, inquit, *nequitiæ Clericorum nequeunt Decimas, niſi quibus ex mandato Diuino debentur, pro ſuo arbitrio erogare, cum nulli ſit licitum aliena cuique concedere præter Domini voluntatem.* Inſuper Decimæ non dantur Clericis, quia boni ſunt, ſed quia Clerici ſunt. ſicut tributa dantur Regibus, non quia probi, ſed quia Reges.

C. Tua nos de Dec.

Paupertatem Laici, & Clerici diuitias, non eximere à Decimarum ſolutione.

CAP. VII.

D. Thomas quodl. 7. ar. 10.

Abſque dubio debet pauper Laicus dare Decimas Clerico diuiti, obligatio .n. Decimarum ad iuſtitiam commutatiuā pertinet, in qua non conſideratur ratio perſonæ, ſed æqualitas rei ad rem, qui enim verbi gratia emit, debet ſoluere quantum res valet; ſiue ipſe ſit diues, ſiue pauper. Nec obſtat dicere, ſicut Laicus tenetur alere Sa-

cer-

cerdotem; quia Sacerdos eſt, ita Sacerdos tenetur alere Laicum, quia pauper eſt, nam non tenetur Clericus hunc pauperem potius alere, quàm alium.

Vnde nullus pauper excuſatur, niſi quando victum non habet, nam tunc omnia bona ſunt communia, nec eſt ignoſcendum ei, qui prætextu paupertatis turpiſsimam vitam elegit.

Immò qui non ſoluerint Decimas longo tempore, hac de cauſa, aut alia, tenentur Eccleſiæ damno ſatisfacere, ſed ſi fuerint impotentes, tunc fateri debent, ſe debere, & promittere ſe daturos, quando venerint ad pinguiorem fortunam, auctore Superiore, & tunc excuſarentur à peccato, aliter non; & talis remiſsio fieri non poteſt ſine conſenſu Epiſcopi, & Rectoris, & ex cauſa honeſta & rationabili.

C. Habebas 12. q. 1. Gloſſ. fin. in C. Quia 11. q. 1. Abb. in cap. eum homines de Dec. Rebuff. l. cit Hoſ. de Dec. Abb. in c. Vt ſup de reb. Eccl. non alienand. Doct. in C. Statuimus de tranſact. C. Fin. de rer. perm. Sylu. verbo Decima.

Non ſoluentes Decimas, vbi non eſt conſuetudo ſoluendi, quibus caſibus peccent.

CAP. VIII.

TRibus modis peccare poſſunt qui nullas Decimas ſoluunt: Syluest. l. c.

Primò, ſi Eccleſia propter deffectum Decima-

eximarum notabiliter patiatur; tunc enim ſiue ipſas Decimas petat; ſiue non; tenetur Populus omninò ei prouidere.

Secundò, ſi Eccleſia iure petat Decimas ſiue egeat notabiliter; ſiue non, tenetur Populus ſoluere; etiam ſi conſueuerit non ſoluere.

Tertiò, ſi Populus eo animo eſſet, vt non ſolueret, etiam ſi iuſtiſsimè eas à ſe peti intelligeret.

Extra hos caſus ſine vllo dubio excuſantur; quia vt B. Th. dicit, Eccleſia dum non petit Decimas cenſetur eas condonare, non autem peccat, qui non ſoluit debitum ei condonatum, alioqui Apoſtolus peccare feciſſet Corinthios, qui ſtipendia ſibi debita ab eis accipere nolebat, ne impedimentum poneret Euangelio. Sanctus etiam Auguſtinus in peccato fouiſſet Populum ſuũ, quem ad ſoluendas Decimas non cogebat etiam ſi hortaretur.

1. Cor. 9.

Tract. in Pſ. 146. Hom. 48. ex 50. Hom.

Ad Decimas Prædiales ſoluendas, qui teneantur; quiuè eximantur.

CAP. IX.

C. 1. C. Apoſtolica. C. peruenit, de Dec.

DEcimæ Prædiales ſunt illæ, quæ ex fructibus debentur, & de his eſt ſermo noſter; & ad eas ſoluendas tenentur omnes,

tam nobiles, quàm ignobiles, Reges item & Principes. Prælati item de bonis Patrimonialibus, in Eccleſia vbi Prædia ſita ſunt. Canonici quoq; de Patrimonialibus, niſi ſint decimati illi Eccleſiæ, cui inſeruiunt, ex quo ab illis Eccleſiæ Rectoribus tenentur recipere Sacramenta.

Infideles etſi non teneantur ſoluere, quia Sacramenta non recipiunt, ſed de eo quod occupant, tamquam ſubtractum à fidelibus tenentur, quòd antea illorum bonorum intuitu ſoluebatur. Idem dicendum de Saracenis.

Etiam meretrices de bonis ab ipſis etiam illicite acquiſitis, dummodò talia Prædia ante emptionem habuerint tale onus.

Parochi eximuntur à Decimis, tum quia non habent alium Curatum cui debeant ſoluere, & à quo recipiant Sacramenta; tum quia Sacramenta ſibi ipſis miniſtrant, adeò quòd illis debentur Decimæ à quibus Sacramenta recipiantur.

Monachi, etſi de iure communi, teneantur ad Decimas, tamen Decimas de Noualibus, quæ ſuis manibus colunt, vt de Hortis, non ſoluunt.

Mendicantes multis ſummorum Pontificum Priuilegijs fuerunt liberati à ſolutione Decimarum de terris, ab ipſis excultis, item & multi alij Regulares, & ſæpè ipſorũ quoque coloni, quo caſu informatio eſt petenda ex inſpectione Priuilegiorum ipſorũ Regu-

C. à nobis. C. Tua. de Dec. C. Decima. 16. q. 1. Rebuff. l. c. nu. 2. corſet. de Pot. Reg. q. 37. Inno. & Alba. 26. in c. 2. de Dec. C. Nobis. c. Tua. de Dec. Abb. in Ca. Tua &c. de terris de Dec. Oldr. conſil. 91. C. Non eſt putanda 1. q. 1. C. Ex tranſmiſſa l. c. Doct. ibid. Rebuff. de Dec. q. 5. Rebuff. de Dec q. 5. nu. 6. & 9. C. Commiſſum de Dec. C. Ex parte de Dec. Gloſſ. in clement. 1. de Dec. Anchara. Imol. Card. ibid.

Abb. in C. ex parte de Dec. nu. 5.

gularium, & iuxta præſcriptum illorum exceptio huiuſmodi eſt moderanda.

C. Licet de Dec.

Papa poteſt ex iuſta cauſa eximere locŭ Pium à Decimis, de Prædijs, quæ laboribus ſuis colunt, vt Hoſpitalarios, & ſimiles, ſoluunt tamen de Poſſeſsionibus quas acquiſierunt poſt Concilium Generale, Priuilegio item Clerici & Eccleſia liberari poſſunt à ſolutione Decimarum.

C. Paſtoralis De his quæ &c. C. ex parte & c. ad Audi. de Dec.

Decimarum præſcriptio.

C A P. X.

Abb. in c. ex parte. C. Paroch. C. Tua nobis de Dec. Anchar. cōſil. 96. Barbat. cōſil 35. l. 2. & cōſil. 49. l. 3. Pariſ. conſil. 45. l. 4. D. Th. 2. 2. q. 87. Flor. 2. p. tit. 4. c. 3. Nau. conſ. 1. de Dec. l. 3. Guid. conſ. 284. Couarr. l. 1. var. reſ. c. 17 num. 9. Ang. verbo Decima nu. 7.

LAici, vigore cuiuſuis conſuetudinis, etiam immemorabilis, Decimas nullo modo præſcribere poſſunt, vt in totum tqllantur Decimæ, & eſt communis opinio Canoniſtarum, & Theologorum, præſcribunt tamen quo ad quotam, & poteſt reduci ad Viceſimam, & Triceſimam. Et licet nulla conſuetudine, aut præſcriptione obtinere poſsint, vt Decimas alicui Eccleſiæ debitas percipiant, obtinere tamen poſſunt, vt ſint liberi à ſolutione Decimarum, quæ ipſi colunt. Et tunc præſcribunt ipſum tantum actum præſtandi Decimas, iure pręſtationis ſaluo remanente, ita quod ſi Papa vel Concilium expreſſe derogaret tali conſuetudini, & indiceret ſolutionem Decimarum,

rum, tenerentur ad illas præſtandas dicti præſcribentes præſcriptione non obſtante, vtſupra dictum eſt cap. 5. & hæc opinio à modernioribus communiter recepta, & vſu practicata eſt veriſsima, vel ſaltem propter conuenientiam Eccleſiæ, quæ patitur conſuetudinē huiuſmodi in pluribus locis. Clerici autem contra Clericos poſſunt præſcriptione obtinere libertatem à ſolutione Decimatum de eorum Prædijs etiam Patrimonialibus.

Hoſtien. in ſumm. de Dec.

Couarr. l. 5.

Poteſt item præſcriptione legitima induci, vt Decima vni Eccleſiæ debita alteri ſolua tur, nō tamen Regularibus, cum ſint Decimarum incapaces, niſi habeant adiunctam vnitam Eccleſiam Parochialem.

C. Ad aures de præſcr. C. Ad Apoſtolicæ, & c. cum contingat. de Dec. C. Peruenit 16. q. 1. Hoſtien. in ſumm. de Dec.

Decimas non tolli, nec minui ab Eccleſia Parochiali abſque conſenſu Papæ.

CAP. XI.

AD fauorem Laicorum tollere Decimas ab Eccleſia Parochiali, & illos eximere à tali ſolutione, fieri non poteſt niſi ex conſenſu Papę, nec item minui, non obſtante etiam conſuetudine.

Cap. Venerabilis de confirm. vtili. vel. inutil. Abb. ibi. & in C. Ia nobis eod. tit. Bert. conſil. 54. & conſil. 116. Hoſtien. de Dec. Felin. in C. cum ex off. De præſcr.

De-

CAP. XII.

C Eccleſiæ, 16. q. 1. Gloſſ. in C. cum Dilect⁹ De Elect. C. Decimas 16. q. 1. Quæſt. 5. de Dec.

DEcimæ quæ aſsignatæ ſunt ſingulis Eccleſijs à Papa non mutantur, nec Epiſcopus poteſt aliquid contra ſtatuere, vel diſpenſare.

Vnde concludit Rebuffus, quod Epiſcopus per viam compoſitionis poteſt, non autem per viam Priuilegij inter ipſos Clericos, ſed non ad fauorem Laicorum in fraudem Eccleſiæ.

Decimarum compoſitio.

CAP. XIII.

Abb. in cap. Dilecti de Dec. Doct. in C. ex multiplici de Dec. Ruin. conſ. 242. Innoc. in c. 2. de tranſact. & in c. 2. de Dec.

COmpoſitio de Decimis inter Clericos (vt Decimas quas vni iam debent Eccleſiæ curatæ, modo debeant alteri) fieri non poteſt, ſine auctoritate Sedis Apoſtolicæ; ſed talis compoſitio locum haberet tantum in Prædialibus, vt ſi Decima fuerit impoſita ad fauorem Monachorum in damnum Parochiæ, tunc tenentur Monachi preſtare Curato alimenta neceſſaria, & hoc etiã fieri debet cauſa cognita ab Epiſcopo.

C. Veniens, de Tranſac.

Notandum concordiam ſuper Decimis

non

non ligare ſucceſſores; niſi adſit auctoritas Sedis Apoſtolicæ, ſine qua non valet concordia ſuper dimiſsione partis Decimarum debitarum à Laicis facta à perſonis Eccleſiaſticis, nec ſufficit conſenſus Epiſcopi.

Caputa deciſ. 165. p. 3. Rota in vna Meſſan. præemin. 1585. coram Blan. Rota in vna Nouar. Dec. 28. Martij 1593. coram Arrig.

Deciſum item fuit iuſtam eſſe concordiã ſuper reductione Decimarũ ad Vigeſimam, ſtante difficultate exactionis, & paupertate ſoluentium.

Rota in vna Eccleſ. conf. concor. 20. Febr. 1595. corã Seraph.

Laicis quoque Decimas concedi.

CAP. XIV.

EPiſcopus poteſt concedere Priuilegium ex aliqua cauſa iuſta Laicis, vt percipiant Decimas, ſiue ad vitam, ſiue ad tempus, ita videlicet, vt habeant ius percipiendi illas nomine Eccleſiæ non ſuo. In feudum tamen Decimas concedere nõ poteſt, quæ ante dari non erant ſolitæ. Feudo conceſſo ante Concilium Lateranenſe Laici Decimas licitè detinere poſſunt, & eodem Feudo ceſſante Decimæ ad Eccleſiam redeuntes poſſunt iterum à Prælato concedi, vel de conſenſu Feudatarij in alium transferri ſimili Feudo, quo aliæ res ab Eccleſia in Feudum dari conſueuerunt.

Gl. in c. Quamuis de Dec. Card. in C. cum Apoſtolica de his &c. C. 1. de Loc. C. Quamuis de Dec.

Licitè etiam Laici Decimas percipere, vel detinere poſſunt ex conceſsione, vel locatio-

C. 2. de Feu. C. Prohibemus de Dec.

e. Quadi cratione Clerici ad tempus, quo ad ipſum ſpectant.

Ne Prælati viees. Innocent. & Abb. ibid. Couarr. l. c. num. 5.

Decimarum redemptio.

C A P. X V.

Azor. inſtit. mor. l. 7. c. 27 Afflict. in conſt. Regn. conſt. Quanto nu. 15.

LAici poſſunt Decimarum præſtationē aliqua iuſta recompenſatione redimere, vt prędio, fundo, ſeu alijs vtilibus. Imò conſuetudo, ſeu præſcriptio non ſoluendi Decimas in hac præſumptione fundatur, quia videlicet præſumitur, quod conſuetudinem præceſſerit tranſactio, ſeu recompenſatio, ſi nimirum Eccleſia dotem ſufficientem poſsideat. Caſu verò quo nihil poſsideret, & vigeret conſuetudo de non ſoluendis Decimis, poſſet cogi Populus ad præſtanda alimenta. Illa enim debentur Clericis iure naturali, & Diuino, nec aliqua conſuetudine, vel præſcriptione reduci poteſt, quominus ſoluantur, vt ſupra cap. 1. & 2. & 10. dictum eſt.

Azor. l. c. Armill. ver. Dec. nu. 3.

Sacr. Conc. Trid. ſeſſ. 21 ca. 4. de ref.

De-

Decimarum locationes.

CAP. XVI.

LOcationes Decimarum non debent fieri ad longum tempus, anticipatis ſolutionibus, & factæ ad annos viginti, vel vltra, ſi fuerint damnoſæ Eccleſiæ, & contrariæ ſacris Canonibus, reſcindi poſſunt per Concilium Prouinciale, etiam ſi fuerint approbatæ à Sancta Sede Apoſtolica.

Sacr. Conc. Trid. ſeſſ. 25 c. 11. de ref.

De quibus fructibus debeantur Decimæ.

CAP. XVII.

SOluuntur Decimę de omnibus prouentibus, & fructibus terræ Regulariter, ſic de frumento, vino, oleo, melle, leguminibus, fructibus arborum, molendinis, herbis, lino, fabis, oleribus, feno, piſcarijs, animalibus, Aucupijs, de domibus, paſcuis, furnis, & huiuſmodi, quæ in fructu ſint, Conſuetudine tamen ſuſtineri poteſt, vt de aliquibus Decima non ſoluatur, vt de feno, Oliuis, herbis, &c. & ſolui debent de meliori, non de peiori, indignum eſt enim dare Deo, quod dedignatur accipere homo, ſic menſura affluenti, ita affluenter red-

C. non eſt. C. Felicius. C. Ex tranſmiſſa. C. Ex parte de Dec. Felin. in C. cauſam de Præſcript. Rebuff. l. c. Hoſtien. & Goffr. codē tit. Aſtenſ. in ſumm. l. 6. Flor. par. 1. tit. 4. c. 3. Paul. de Caſ. l. 2. cap. 17. Pelag. l. 2. c. 43.

D. Ambroſ. reddere debemus. Soluendæ quoque ſunt
Serm. 40. non deductis expenſis, aut ſemine.
Conc. Tol.
cap. 37.
C. non eſt.
C. Tua nobis de Dec.

Decimæ cui ſoluendæ.

CAP. XVIII.

C. cum contingat. de Dec.
Hoſtien. in ſumm. de Dec. nu. 4.
Nau. conſil. 2. de Dec. l. 3.
C. Quoniã de Dec.
C. in Sacris 6. q. 1.
C. Quatuor 12. q. 2.
C. Quoniã de Dec.

SOluendæ ſunt Decimæ Eccleſiæ Parochiali, intra cuius limites prædium eſt ſitum, & niſi alij debeatur, tota in Parochia eſt ſoluenda. In dubio, vel vbi locus nulli fuerit ſubiectus Parochiæ, pertinet ad Epiſcopum ille enim cum ſit vniuerſalis Parochus Diœceſis ſuæ, concurrit in emolumentis cum Parochis, & eſt diſpẽſator omnium Decimarum. Immò & ex qualibet Decima Parochiali debita, Quartam ſibi retinere poteſt.

Rebuff. q. 7. de Dec.

Excipitur niſi contra ipſum Parochus longa conſuetudine contraria præſcripſit. An autem magis debeantur Eccleſiæ Baptiſmali matrici (quæ Plebania nuncupatur) vel Eccleſiæ Parochiali, dicendum ſi Baptiſmalis fuerit etiam curata, de iure communi illi deberi Decimas Prædiales, ſed in hoc attenditur conſuetudo.

De-

Decimæ vbi ſoluendæ.

CAP. XIX.

Decimæ debent deferri ad horrea Clericorum, niſi conſuetudo obſtet in contrarium. Eadem conſuetudine regulari oportet circa ipſam decimationem, vt Laici non colligant fructus, niſi in præſentia Clerici, ſeu ipſius Procuratoris, & Decima ſoluta, & ſic iudicatum in facto, vel è contra, prius fructus liberè in horrea condant, & poſt demum ſoluant Decimas iuxta loci conſuetudinem.

Couar. l.c. Vincen. de Franch. deciſ. 124. Couar. l.c. Guid. Pap. conſ. 285. Vincen. de Franch. deciſ. 117.

Notandum quòd Parochus, cui debentur Decimæ poteſt prohibere collectionem fructuum ſine præſentia deputati ab eo, & apponere cuſtodes in agro, vel area.

Luc. de Penn. in l. Meminim⁹. C. quando l. 10. nu. 11. Aufrer. deciſ. 432.

Limitatur quando in contrarium adeſſet conſuetudo vt ſupra dictum eſt.

Spec. de Bec. in fin. Spec. Abb. l.c.

Excipitur niſi talis conſuetudo præſtaret occaſionem ſurripiendi, nam tunc ſeruanda non eſſet.

Rota in vna Segob. Dec. 10. Octobr. 1583. Corã D. Aldobr. poſtea P.M. Clem. VIII.

Tardantes ſoluere Decimas, ad quid teneantur.

CAP. XX.

Tardantes ſoluere Decimas, non tenentur ad pretium quanti plurimi, ſed illud

Camill. Bezill. in ſpec. Prin.

illud quod valebat tempore ſolutionis debitæ, ſed cum Decimæ debeant præſtari in vna ſpetie, puta frumenti, vini, & huiuſmodi, ſic nunquam fit æſtimatio illius, quæ oſtenderet venditionem, ſed debetur illud idem præſtari, quocunque tempore ſoluatur.

Pœnæ contra non ſoluentes Decimas.

CAP. XXI.

De Dec. q. vlt. num. 16. Cap. Prohibemus de Dec. Nauar. c. 23. nu. 116. Caietanus in ſum. ver. Simon.

REbuffus dicit, Laicos detinentes Decimas, deberi carere Eccleſiaſtica Sepultura, quod in plurimis Diœceſibus ſeruatur, quæ conſuetudo eſt toleranda in locis, in quibus eſt difficilis exactio Decimarum, poſſunt enim peti ſolita dari ante adminiſtrationem ſpiritualium quando timentur futuræ moleſtiæ, & contentiones.

Seſſ. 25. c. 12 de reform. C. Omnes 16. q. 7.

Sacr. Concil. Trid. ſtatuit, vt Decimas non ſoluentes, vel recuſantes, poſt trinam monitionem excommunicentur, vt ſupra c. 3. dictum eſt.

Nauar. conſ. 1. de Dec. l. 3.

Non poſſunt tamen Parochi illos à Sacramentis repellere, nemo enim poteſt ſine cauſę cognitione alium iure ſuo priuare, quia illud eſſet auctoritate priuata priuare, quod non eſt licitum; Præterea nemo debet eſſe Iudex in cauſa propria. Tandem Parochus, qui priuat Parochianos vſu Sacra-

cramentorum, videtur expoliare eos, quod non licet facere.

Ad quid teneantur Sacerdotes exigentes Decimas.

CAP. XXII.

DEbent Sacerdotes, qui Primitias, Oblationes, & Decimas recipiunt, & exigunt, quotidie pro remiſsione peccatorum offerentium eas, orare, quia dicuntur comedere Populi peccata, cum ad hoc dentur, vt Sacramentis, & Orationibus redimantur illorum crimina.

Leuit. 18. Oſe. cap. 3. C. Ipſi Sacerdotes 1. q. 1. C. indigne 12. q. 2.

TIT. VI.

DE FVNERIBVS.

Expenſæ Funerariæ.

CAP. I.

L. Fun. ff. de rel. & ſump. fun. Mol. d. 238. Syl. ver. Sep. nu. 12.

FVNERIS impenſa exiſtimatur, quicquid corporis cauſa antequam ſepeliatur conſumptum eſt; quæ expenſa ante omnia deducitur ex hæreditate, & præfertur quibuſcunque creditoribus, & etiam doti vxoris.

Alber l. Nec amplius ff. ad l. Falcid.

Sumptus funeris arbitratur pro facultatibus, vel dignitate defuncti, potius tamen debent moderari, quàm vltrà vires extendi, & honorificè ſepelire pium eſt. Propoſitio eſt de fide.

Bann. 2. 2. q. 32. ar. 2. Val. t. 3. d. 3. q. 2. L. Seruo ff. de trad. iuſt.

Mandans corpus ſuum non honorificè ſepeliri prout decet, non eſt obediendus, talis enim voluntas inepta circa funus non eſt ſeruanda.

Syl. ver. Sepult. nu. 15. Ang. nu. 46.

Statutum Laicorum, quòd in ſepultura non expendatur niſi tantum, non tenet.

Herodot. l. 2.

Apud Aegyptios fuit quoddam genus hominum ad condienda cadauera conſtitutum;

tutum; Idem tradit Diodorus. Qui funera, inquit, mortuorum apud Aegyptios curant, eo exercitio à maioribus tradito, funeris impenſam domeſticis demortui ferunt ſcriptam, ſciſcitantes quãto velint ſumptu celebrare funus. Tres enim ſepulcrorum, vel funerum erant ſpecies, ſumptuoſa, mediocris, & humilis ac tenuis. In primam argenti talentum impendebatur; in ſecundam minæ viginti; tertia perexiguo conſtabat ſumptu. Eorum verò, qui corpus mortuorum curabant, alij erant ſciſſores, qui lapide quodam Aethiopico latus corporis mortui incidebant, quo abunde exaniebant, & purgabant; Hi non ſolum contempti, verum etiam exoſi, & exitiales erant apud Aegyptios; quapropter facta ſciſſura, inde celeri fuga euadebant, validè inſequentibus qui aſtabant, lapideſque cum execratione in eos iacientibus, ſcilicet ęſtimantibus, amici corpus, vulnere illato, eſſe ab illis violatum. Alij erant corporum curatores, quos appellabant ſalitores, magna ſanè æſtimatione, & honore. Hæc Diodorus. Diodor. l. 2. cap. 5.

Romani Libitinarios, appellabant eos, qui locabant, aut vendebant, quæ ad pompam funebrem eſſent neceſſaria, vel qui curam habebãt ſepeliendorum funerum, tracto nomine à Libitina Dea, in cuius æde aſſeruabantur quæ ad inſtructionem funebriũ pomparum erant neceſſaria. Habebant au-

tem Libitinarij domi ſeruos quorum opera vtebantur ad polincienda, hoc eſt, ad abluenda, & vngenda cadauera, qui polictores nominabantur, à poliendis cadaueribus. Deſignatores autem dicebantur, qui ordinabant pompam funebrem, cuique locum, & modum incedendi præſcribentes.

Expenſæ Funerum Eccleſiaſticorum virorum vnde aſſumendæ.

CAP. II.

Clem. Ne Romani. de Elect.

SVmmus Pontifex ſepeliri debet expenſis Cameræ Apoſtolicæ.

Petr. de Vbtrac. de can. Pont. cap. 13.

Cardinalis Legatus expenſis Prælatorum Prouinciæ in qua eſt conſtitutus.

Excipitur, niſi habuerit redditus ſui officij, vel beneficiorum ſuorum.

C. quæ tel. de maior. & Ob.

Cardinalis non Legatus, ex bonis ſuæ Eccleſiæ.

C. Cum ſecundum de Præb.

Nuntius Apoſtolicus expenſis Cleri, vbi mittitur.

C. Accedentes de Præſ. C. Dilectus de reſcr. L. Quod ſi nulla ff. de rel. & ſump. fun. C. bonæ 12. q. 2. C. Apoſtolicæ de Donat.

Viſitator Apoſtolicus expenſis Prouinciæ vbi conſtituitur.

Epiſcopus expenſis Eccleſiæ ſuæ Cathedralis, ſi verò menſa non ſufficeret ad huiuſmodi expenſas, tunc expenſis menſæ Capitularis Immò in vita poteſt actualiter elargiri centeſimam ſuæ Eccleſiæ, vel de bonis

ciis

eius pro magnificanda ſepultura ſua abſq; Innoc. ibid.
conſenſu Capituli, non tamen poteſt id legare, vt fiat poſt eius mortem.

Collector Apoſtolicus, denalario ei de- C. 1. de Sep.
putato.

Rector Eccleſiæ, qui habet beneficium, Doct. in C.
& bona patrimonialia, ex fructibus Eccle- Epiſcop. de
ſiæ, poteſt enim bona Patrimonialia ſuis Præb.
ſeruare hæredibus. Si verò domi conſan- C. 1. 12. q. 4. C. Cleros.
guineorum mortuus fuerit, & ij expenſas 21. q. 2.
fecerint in funere animo eas repetendi,
poſſunt eas repetere à ſucceſſore beneficij, L. et ſi quis
dummodo id facere eo animo repetendi ff. de rel. & ſumpt. fun.
proteſtentur.

Excipitur ſi erat ſoluendo, nam tunc, vel de fructibus Eccleſiæ, vel Patrimonialibus ſepelietur.

Vicarius perpetuus, expenſis Eccleſiæ, C. Extirpan-
cuius eſt Vicarius. de de Præb.

Ampliatur ad Vicarium temporalem. Clem. qui de Ecc. de off. Vic.

Canonicus, de fructibus Præbendæ, quan- C. peruenit
do fecit ſuos, aliter ex bonis hæreditatis, de app.
quæ ſi non extent, tunc ex fructibus Præben C. Cum ex.
dæ etiam nondum perceptis. eo de elect. C. Si Cano.

Curatus, de fructibus Eccleſiæ ſuæ, & ijs nici de off. Ord. 6.
non ſufficientibus, de bonis hæreditatis, Petr. de Vb.
quibus deficientibus, ſuppeditabunt Paro- L. e.
chiani. C. vt Dominicis de Paroch.

Capellani ex fructibus Capellaniarum. Cap. Nemo

Commendatarij ex redditibus Eccleſiarum ſuarum. deinceps.

Coadiutor de redditibus Eccleſiæ cui præ C. Grande de ſuppl. ne
eſt. gl. Præl.

C. vn. de Cler. 2gr. C. Religioſus de ſep. 6. Regularis Profeſſus moriens in partibus, teneturPrælatus eius mittere pecuniam ad locum pro eo funerando.

Nouitius, de bonis Patrimonialibus ſi habuerit, aliter expenſis Monaſterij.

Ad expenſas funerum Laicorum, qui teneantur.

CAP. III.

Syl. ver. Sep. nu. 14. AD expenſas funeris hominis Laici tenentur defuncti hæredes.

Vxoris nihil habentis, vir, Filij Pater, ſerui Dominus.

L. 1. & l. Si quis ff. de rel. & ſump. fun. Si vxor dotem habet, de illa ſit, ſi eius dotem vir habet de illa ſit, ſi eius dotem vir habet, & alter bona, facere debet vterque pro rata. Toleт. inſtr. 1. 1. c. 5. Parochus tamen tenetur deducere funus etiam pauperum ſuæ Parochiæ, licet nullam inde eleemoſynam ſperet; & illorum animas Deo commendare.

Laicis

Laicis hæredibus facultatem eſſe conceſſam euocandi Clericos, quos maluerint.

CAP. IV.

NON poteſt Ordinarius adſtringere hæredes defunctorum, vt in funere conuocare debeant Clericos Eccleſiæ Parochialis tantum, excluſis alijs, donec numerus eorum fuerit impletus, nã cum conuocatio iſta reſpiciat Priuilegiũ totius Cleri, vtique reſtringendo, aut moderando illam ad proprios Eccleſiæ Clericos, libertatem Eccleſiaſticam vtique reſtringit, & huiuſmodi conſuetudines deteſtatur Sotus, neque intereſt, quod ius ſepeliendi pertineat ad Eccleſiam Parochialem, quia aliud eſt ius, per quod quis compellitur ſepeliri in Parochia, & aliud per quod tollitur facultas euocandi alios Clericos, niſi prius adimpleto numero beneficiatorum Parochialis, faciunt notata in c. veſtra de Locato.

Rot. Rom. in vna Calagurit. Funerum 22. fun. coram D. Oran Syl. ver. immunit. ecl. 2. nu. 7. & v. Sum. nu. 1.

De iuſt. & iur. l. 1. q. 6. art. 2.

Funus non efferendum à Regularibus abſque conſenſu Parochi.

CAP. V.

Conſt. Leõ. 10. in Conc. Later. Oldr. conſil. 11. Fran. de sẽt. exc. art. 2. Quaran. tit. Priu. Regul. Tab. in clẽ. Dudum. Tuſcus in lit. P. concl. 95.

REgulares leuare corpora defunctorum, non poſſunt intra Parochiam cũ cruce ſine conſenſu Parochi, & de hoc extat quoque decretum Sacr. Congreg. non enim licet leuari funus niſi iubẽte Sacerdote Parochiali, nec licet Parochiam alterius ingredi ſine licentia Parochi, vel Epiſcopi, & ſic ſtandum diſpoſitioni iuris, vt in aliena Parochia nullus manum immittat.

C. Scriptum eſt 16. q. 1. Fed. de ſen. conſ. 154. Franc. de ſent. exc. ar. 2. Gloſ. 1. n. 3.

Quare ſi Parochianus alicuius Clerici ſecularis in alterius Parochia ſepulturam eligat, idem erit ſeruandum, quod de Regularibus decretum eſt, ob eãdem rationem.

Vgol. de off. & poteſt. Epiſcopi c. 16. num. 3.

Aduertat tamen Parochus, vt eueniente caſu, ſi requiſitus fuerit, venire expreſsè omninò ne recuſet, vel impeditus, ne difficilis ſit ad præſtandum conſenſum, tunc enim &c.

TIT.

TIT. VII.

DE SEPVLTVRIS.

Origo ſepeliendi cadauera in Eccleſia, vel Cœmeterio.

CAP. I.

A Principio Sepulturæ habitæ ſunt extra Vrbem, & licet tunc non eſſet permiſſum ſepeliri in Eccleſia cadauera, (quod tamen perſonis dignis, & præſtantiſsimis conceſſum fuit) Religione tamen chriſtiana, ne ferarum more corpora chriſtianorum ſepelirētur, introductum fuit fideles omnes in Eccleſia ſepeliri per quadraginta paſſus ante maiorem Eccleſiam, per triginta in Capellis, & hic locus Cœmeterium dicebatur.

C. vbicunq; 13. q. 2. Lapus alleg. 83. nu. 6. L. Nemo Apoſt. C. de Sacr. Ecc. C. Nullus 13. q. 2. C. Præcipiendum 13 q. 2 C. Sicut antiq. 7. q. 4.

Cœmeterium vnde dicatur, et eius initiū.

CAP. II.

Dicitur cœmeterium, quaſi ciniſterium quia ibi cinis mortuorum teritur. Sed

vera

vera Ethimologia eſt, vt dicatur à verbo NIMEIO, ideſt, dormio, quia ibi mortui dormiunt, quouſque tuba canet, *Surgite mortui &c.*

Gen.25. Habuit autem initium à primo illo Patriarcha Abrahã, qui emit agrum ab Ebron, in quo erat ſpelunca duplex, & patet Gen. vbi dicitur eſſe in agro Ephron (dicitur aũt ibi de Abrahã,) *Et deficiens mortuus eſt in ſenectute bona, prouectaque ætatis, & plenus dierum, congregatuſque eſt ad Populum ſuum, & ſepelierunt eum Iſaac, & Iſmael filij, in ſpelunca duplici, quæ poſita eſt in agro Ephron, filij Seor Hethic, è regione Mambræ, quam emerat Abraham à filijs Seth, ibi ſepultus eſt ipſe, & Sara vxor eius.*

Sepultura quid.

CAP. III.

c. Nullus 13. q.2. SEpultura eſt locus concauus in loco Eccleſiaſtico factus, vbi corpus Catholici quieſcit.

Sepul-

Sepulturam rem eſſe bonam, & meritoriam.

CAP. IV.

ID patet ex illo, *Benedicti vos à Domino qui feciſtis miſericordiam hanc cum Domino veſtro Saul, & ſepeliſtis eum, & nunc retribuet vobis Dominus.* 2. Reg. 2. Angelus extollit inter alia, opera Tobiæ, quòd mortuos ſepelierit. Et Tob. 12. Math. 26. Chriſtus inquit, *Opus bonum operata eſt in me, mittens enim hæc mulier vnguentum hoc, ad ſepeliendum me fecit.*

Multiplicem vtilitatem fidelibus viuis offerre ſepulturam.

CAP. V.

QVadruplicem vtilitatem viuis affert ſepultura.

Primò per ſepulturam arcetur fœtor, & odor cadauerum, quæ non parum viuis nocent.

Secundò, eo ſtudio teſtantur viui fidem Reſurrectionis, & immortalitatis animarũ, non enim tam diligenter corpora mortuorum curaremus, niſi putaremus ea reſurrectura;

ſtura; neque cereos accenderemus, niſi animas viuere poſt mortem corporum ſignificare vellemus.

Tertiò, admonentur propriæ mortis, vnde etiam tumulti defunctorum monimenta vocantur.

Quartò, eo officio ſatisfaciunt viui aliquo modo affectui ſuo, quo mortuos proſequebantur, ſi enim veſtes, & annulos amicorum bene collocare volumus, certè multo magis corpora, & hoc eſt, quod Auguſtinus dicit, ſepulturæ pompam, ſolatia eſſe viuorum.

Ex ſepultura, mortuis quadruplicem accedere vtilitatem.

CAP. VI.

MOrtuis ex ſepultura accedit vtilitas, Primò, conſulitur honori eorum, adhuc in hominum memorijs viuentium, non enim caret ignominia quadam, quòd fœditas noſtri corporis aliorum conſpectibus pateat: quocirca non leuis pœna indicatur, cum quis à Iudice priuatur ſepultura, & iubetur in patibulo, aut rota pendens, eſſe auium eſca.

Secundò, ſatisfit deſiderio eorum, quod dum viuerent habuerunt; nemo eſt enim qui car-

carnem ſuam odio habeat, & ideò quiſque, dum viuit, cupit etiam poſt mortem corpus ſuum honeſtè tractari; immò credibile eſt animos corpore ſolutos, etiam ſi fortè neſciant quid corporibus eorum accidat, tamen cupere, vt honeſtè habeantur, ſicut etiam cupiunt ad ea reuerti, atque hinc videmus Prophetæ inobedienti datum in pœnam, vt non ſepeliretur cum Patribus ſuis.

Eph. 5.
Auguſ. l. 12. de Gen. ad lit. c. 35.
3. Reg. 3.

Tertia vtilitas, naſcitur ex eo, quod à multis deducuntur ad ſepulcrũ; hinc enim per accidens fit, vt à multis pro eis oretur.

Quarta, ex eo ſumitur, quòd in templis Sanctorum ſepulcrum habent, inde enim fit, vt eorum amici, cum eorum recordentur, ſimul etiam recordentur eius Sancti, in cuius templo ſepulti ſunt, & frequenter eius patrocinio eos commendent.

D. Auguſt. de cura pro mort. cap. 4. & 5.
D. Greg. l. 4. Dial. c. 50.

Ritus omnes in ſepeliendis mortuis, antiquos eſſe.

CAP. VII.

OMnia, quæ nunc in Eccleſia ſeruamus, ſemper in vſu Eccleſiæ fuerunt.

Primò, corpora mortuorum nunc lauantur, id etiam olim fiebat, vt patet de Tabitha, & apud Gregorium vſum lauandi, & vngendi corpora mortuorũ, fuiſſe Troianis

Act. 9.
L. 3. Dial. c. 17. & l. 4. ca. 15. & 16.

nis etiam tẽporibus apud Græcos, & Troianos, teſtis eſt Homerus in funere Patrocli, & Virgilius in funere Miſſeni Troiani, quin etiã idem moris valuiſſe à Primo apud Romanos, Ennîanus ille verſus declarat,

Tarquinij corpus bona fœmina lauit, & vnxit.

Secundò, corpora cum honore, & multitudine comitantium deferuntur ad ſepulturam, ita legimus factum olim.

Tertiò, corpora fidelium, in templis, & locis ſacris ſepeliuntur, ita olim Iacob, & Ioſeph Patriarchæ in terra Aegypti mortui, in terra Promiſsionis ſepeliri voluerunt, vnde Chriſtus erat naſciturus, & vbi templũ Domini futurum erat. Deinde temporibus chriſtianorum corpora fidelium in templis ſepulta teſtantur Patres.

Quartò, corpora fidelium, cum Hymnorum, & Pſalmorũm cantu, ſepelienda teſtantur item Patres.

Sextò, ſacrificium Altaris pro eis offertur, ita etiam olim, Patribus teſtibus.

Septimò, non ſolum cum ſepeliuntur, ſed etiam die Anniuerſaria pro Defunctis offertur, & oratur.

Octauò, non ſolum die Anniuerſaria, ſed etiam die 3. 7. & 30. id quod nunc etiam fit.

Nonò, eriguntur Tituli, idem olim probatur factum fuiſſe.

Decimò, dantur eleemoſynę pauperibus, idem olim fieri ſolitum fuit.

Gen. 50. Luc. 7. Nazian. Or. 2. in Iulian. Sulpit. in vita S. Martini D. Hierony. in vita Sanctæ Paulæ, & S. Fabiolæ. Geneſ. 46. & 50. D. Amb. l. c. de Abr. c. 9. D. Hier. l. c. D. Greg. l. 3. Dial. c. 13. D. Aug. l. de cura ꝓ mor. cap. 1. Nazian. l. c. D. Chriſoſt. Hom. 4. in Ep. ad Heb. D. Hier. & Sulp. l. c. Dion. Areopag. c. 7. de Eccl. Hier. Tertull. de Cor. Mil. Cypr. lib. 1. Ep. 9. Aug. lib. 9. conf. c. 12. Ambr. de Val. ob. Tertull. l. de Monogam. Nazian Or. in Cæſ. frat. D. Amb. Or. de ob. Teod. Gen. 37. Act. 21. Mach. 13. C. Chriſoſt. Hom. 32. in Math.

Quibus

Quibus ſepultura Eccleſiaſtica non eſt conceſſa, & pœnæ in eos, qui ibi illos ſepeliunt.

CAP. VIII.

NON omnibus eſt conceſſa Eccleſiaſtica ſepultura.

Primò, nominatim excommunicatis, & interdictis. Clem. 1. de ſepul. C. is qui de ſent. exc.

Iudæis, Paganis, Hæreticis, ſciſmaticis,

Manifeſtis vſurarijs; manifeſtus autẽ vſurarius dicitur, qui conuincitur ex ſuis ſcripturis, vel ad hoc publicam tenet menſam paratam. C. 1. & 2. de Vſur. in 6.

Morientibus in torneamentis, in quibus mortes hominum, & pericula animarum interueniunt. C. 1. de Torneam. Sacr. Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 19.

Morientibus in agitatione taurorum. Pius V. in extr. de Sal. 1567.

Morientibus in ſingulo certamine.

Occidenti ſeipſum, abſque eo quod pœniteat. Sacr. Conc. Trid. l. c. C. Quibus. 13. q. 2.

Furi occiſo dum furabatur.

Latroni, cui prædando mors infertur, non enim præſumitur in dubio mori contritus, qui moritur in crimine. Cap. Placuit 23. q. 2. C. Fures de furt. Abb. ibidẽ.

Suſpenſo, vel alio modo mortuo propter ſcelera ſua morienti impænitenti. C. fin. 13. q. 2.

Parricidæ. Menohc. de arb. iud. l. 2 cen. 4. caſu 387.

Blaſphemis publicis, ſi pœnitentiam eis

C.2.de mal. iniunctam non egerint.

S. Ant. 3. p. tit. 10. c. 5. Decedentibus abſque Baptiſmo.

C. Qui recidunt 26. q. 6. Meretrici publicæ exponenti ſe in lupanari, etſi oſtenderit ſignum contritionis, & hoc in odium dicti criminis adeò notorij.

Tab. verbo ſepul. n. 14. Creditur tamen ſi conſtatet Parocho de eius conuerſione, licet ibi permanſiſſet in loco ſacro ſepeliri poſſe, & ad id probandum ſufficit vnus teſtis.

Cap. Omnis vtriuſq. de Pœn. & rem. Incommunicatis in Paſchate.

Excipitur primò, niſi ſe emendarint, vel ſaltem dederint ſigna contritionis.

D. Ant. 3. p. tit. 10. c. 5. Secundò, niſi ex aliqua rationabili cauſa ſe abſtinuerint à Communione.

Doct. in c. omnis vtr. Tertiò, ſi clarum ſit ſe confeſſos fuiſſe.

C. Prohibemus de Dec. Non reſtituenti Decimas Eccleſiæ; ſi in ſacro ſepulti ſint excommunicati denuntiati, exhumandi ſunt, & locus reconciliandus, quòd ſi ibi ſit ſepultus infidelis, etiam parietes radendi ſunt.

Clem. 1. de ſepult. C. quicunq; de hær. in 6 Sepeliens ſcienter excommunicatum, vel hæreticum, aut fautorem, eſt excommunicatus ipſo facto, & tot excommunicationes incurrit, quot ſunt qualitates ſepultorum.

Ampliatur etiam ad cooperantes, & aſſociantes, terram aperientes, tanquam participantes in crimine. Nauar. dubitat circa aſſociantes. C. 27. n. 134

Clem. 1. & c. quicunq; h. t. Ad hoc vt ſepeliens hæreticum ſit excõmunicatus, oportet quòd ſciat illum eſſe hæreticum.

Qui

Qui ab Eccleſiaſtica ſepultura non ſunt arcendi.

CAP. IX.

OMnis qui confeſſus eſt in Quatrageſima, & communicauit in Paſchate ſepeliendus eſt in ſacro, niſi certis caſibus, & niſi conſtet eum in peccato mortali deceſsiſſe. *Gloſſ. l. a.*

Meretrix quæ in Paſchate confeſſa eſt, & S. Euchariſtiam ſumpſit, reperta occiſa in amici domo, Eccleſiaſtica ſepultura priuari non debet, præſupponitur enim illam confeſſam fuiſſe, & communicatam in Paſchate, & non eſt mortua in præfatis caſibus. Nec conſtat eam mortuam fuiſſe in peccato mortali, veriſimilius enim credi poteſt, illã deduxiſſe potius ad ſumendam vindictam de aliqua iniuria, quam ad meretricandum. Veriſimile eſt etiam occiſorem, illam præmonuiſſe, vt Deo ſe commendaret. Poteſt etiam cogitari illam pronuntiaſſe Ieſum, vel alia ſigna dediſſe contritionis dum occideretur. *Nauar. cõſ. 4. de ſep. l. 3*

Quæ ſufficiunt ad exhibendam ſepulturam, niſi conſtet de contrario.

Inuentus item in ſuo cubiculo flexis genibus mortuus cum laqueo ex collo pendente, ſepeliendus eſt in ſacro, omnis enim *Nauar. cõſ. 6. de ſep. l. 3 Couar. var. reſ. l. 2. c. 1.*

Chriſtianus debet, ſi fieri poteſt, in loco ſacro ſepeliri, niſi in caſibus exceptis, prædictus autem neſcitur eſſe occiſus à ſeipſo, nec præſumitur, tum quia de nemine præ-

C. 2. de reg. iur. ſumendum eſt, quòd deliquerit, præſertim tam graue delictum, & tam abominabile conditioni humanæ.

C. ex parte l. c. Mulier cadens de cymba in fluuium, iubetur ſepeliri in loco ſacro, etiam ſi fugiendo cecidiſſet, quia non præſumitur voluntariè ad ſe occidendum deieciſſe.

Nauar. cõſ. 25. de ſent. excom. l. 5. Si excommunicatio lata fuerit cõtra Capitulum, & contra quoſlibet eius ſingulares, qui fuerunt culpabiles, & Canonicus quidã eius Capituli, culpabilis mortuus fuerit denunciatus, quia nemo hodie prohibetur communicare excommunicato viuo, nec mortuo, ſi non fuerit denunciatus talis.

Interdicti tempore, qui ſepeliri poſſint ſepultura Eccleſiaſtica.

CAP. X.

Tab. clem. 1 de ſepult. INterdictis nominatis interdicitur ſepultura Eccleſiaſtica.

Gloſ. d. clē. Clerici qui ſeruauerunt interdictum, non priuantur ſepultura Eccleſiaſtica, licet ſepeliantur cum ſilentio abſque campanarum ictibus.

Sepultus

Sepultus non interdictus in loco interdicto, relaxato interdicto ibi remanebit. Butr. c. fin. de exceſſ. l. 5.

Si locus eſt interdictus ob delictum totius Populi, aliquis de illo Populo non eſt ſepeliendus in ſacro, ſecus ſi eſt in pœnam Domini.

Si interdictum reſpicit perſonas, non cõprehendit inculpabiles, quas concomitatur interdictum, quocunque ierint, ſicut lepra leproſorum, inculpabiles enim poſſunt ſepeliri extra Parochiam Populi interdicti. Petr. de Vb. tit. de canonica porn. 8.

Si interdictus eſt locus ob pollutam Eccleſiam, prius reconcilianda eſt, vel alibi cadauer ſepeliendum.

Sepulturæ locum, pluribus modis poſſe dari.

C A P. X I.

Notandum primò duo requiri, vt corpora mortuorum ſepeliantur in loco ſacro. Doct. in clem. 1. de ſepul.

Primò, vt ille locus ſit deputatus ad hoc cum certa ſolemnitate. C. Nemo de cõſecr. di. 1.

Secundò, quòd ſit per Epiſcopum benedictus. C. Abolẽdæ de ſep. Hoſt. ibid.

Sepulturæ igitur locus poteſt dari tribus modis.

Primò, vt is, cui datur, fiat Dominus eius Nauar. cõſ. 1. de ſep.

& hoc modo nulli poteſt dari, etiam cum auctoritate Epiſcopi, rei enim ſacræ Dominium nullus habere poteſt.

Clem. dudũ de ſep. C. Sine excepţ. 12. q. 2. C. Nulli de reb. Eccleſ. non alien.

Secundò, vt habeat ius ſepeliendi in eo mortuos ſuos, & impediendi, ne alij ſepeliant in eo, & hoc modo non poteſt dari ſine auctoritate Epiſcopi, & iuſta cauſa, & ſeruatis Canonibus. Sciendum tamen ex facultate Epiſcopi poſſe in ſepulcro vnius alium ſepeliri eo inuito.

Syluest. ſep. num. 3.

Clem. dudum de ſep

Tertiò, vt poſsit ſepelire aliquem in eo, & hoc modo poteſt dari à quolibet habente liberam ſepulturam, vel ius admittendi ad ſepulturam in ſua Eccleſia ſine auctoritate ſpeciali Epiſcopi, per auctoritatem, quam habet à iure communi, vel priuilegio aliquo ſpeciali.

Idem dicendum de conceſsione facultatis faciendi, vel conſtruendi ſepulcrum, quòd dictum eſt de ſeruando modo dandi alicui locum ſepulturæ, cum de ſimilibus idem debeat eſſe iudicium.

C. fraternitaté de ſep. C. Nemo de conſec. di. 1.

Notandum ſecundò, eo ipſo quòd erigitur Eccleſia Parochialis, cenſetur à iure cõmuni habere ius ſepulturæ, deſignato prius per Epiſcopum cœmeterio, & eo benedicto, & in eo quiſquis etiam non Parochianus poteſt eligere ſepulturam.

Butr. C. certificari. de ſep.

Excipitur ſi cœmeterium non fuerit aſsignatum liberum.

Eccleſia Parochialis potius ius habet cœmeterij ex iure, quam ex Priuilegio, ſi Eccleſia

cleſia non fuerit Parochialis neque habuerit Populum, Epiſcopus poterit ei concedere hoc Priuilegium, etſi fuerit intra limites Parochialis Eccleſiæ, ſi per Papam fuerit conceſſum hoc Priuilegium, etiam non adiecta clauſula (ſalua iuſtitia) poterit tamen Parochialis conſequi ſuam portionem.

Cadauera Virorum Eccleſiaſticorum, vbi ſepelienda, nulla electa ſepultura.

CAP. XII.

PRepoſiti Collegiatarum ſepeliri debent in Eccleſijs, in quibus tenentur reſidere, ibi enim audiunt Diuina, & percipiunt Sacramenta. C.cum quis de ſep. in 6.

Canonicus item in Eccleſia, in qua habet canonicatum, & præbendam. Innoc. cap. 2. de ſepul.

Parochus in Eccleſia cuius curam geſsit, quia ibi cenſetur habere domicilium, vbi continuè reſidere tenetur ex Sacr. Concil. Trid. Vicarius perpetuus, in Eccleſia cui deputatus eſt, nam in hoc dicendum idem ac de Rectore. Seſſ. 23. cap. 1. de refor. Clem. vnic. de off. Vic.

Secus de temporali Vicario, quia ibi non cenſetur plenè tranſlatus.

Hoc idem dicendum de habente Eccleſiam C. Nemo de elect. in 6.

ſiam in commendam, nam ipſe non dicitur Prælatus.

Capellani ſepelientur in Eccleſijs in quibus habent perpetuas capellanias.

Capellani amouibiles, de ijs ſeruandum, quod & de Vicarijs temporalibus, ſepeliri enim debent in Parochiali.

C. Statuim' de Regul. Regularis nondum profeſſus non ſepeliendus in Monaſterio, non enim plenè eſt tranſlatus ad Monaſterium, poteſt enim redire ad ſæculum, & ſic ſepeliendus in Eccleſia, in qua deberet ſepeliri ante tranſlationem ad Monaſterium.

Archid. cap. cum quiſde ſepul. 6. Syl. ver. ſep. Boer. deciſ. 225.

Excipitur niſi obſtet conſuetudo.

Religioſus, vel Clericus aduena debet ſepeliri in Cathedrali, ſi fuerit Profeſſus, ſin minus in Parochiali, vel Hoſpitali loci vbi moritur, quando commodè deferri non poteſt ad Monaſterium ſuum propter diſtantiam.

C. fin. de ſep. in 6.

Eremitę non profeſsi aliquam regulam, ſepeliendi in Parochiali.

Cadauera Laicorum, vbi ſepelienda, nulla ſepulturæ electione facta.

C A P. XIII.

C. Ex parte de ſep.

CVM non eſt facta electio, ſepultura eſſe debet in Eccleſia Parochiali, vbi

Sacramenta ſunt accepta; alias pœna eſt reſtitutionis corporis, & quidquid inde eſt peruentum.

Principes non habentes ſepulcrum maiorum ſuorum ſepeliendi in Cathedrali, Epiſcopus enim eſt eorum Parochus. C. fin. de ſepul. in 6.

Filius ſepeliri debet in ſepulcro Patris, etſi aſcendentes ſui aliam ſibi elegerint ſepulturam. C. is qui de ſep. 6. Io. And. ib.

Excipitur, niſi aliter conſtaret de mente illius.

Spurius legitimatus per Principem ad cõtemplationem Patris, ſepelietur in ſepulcro Patris.

Spurius, ſi legitimetur poſt mortem Patris in ſepulcro matris ſepeliendus.

Filius exhęredatus ſepelietur in ſepulcro Patris. L. Si quis hæres de reli. & ſũpt. fun.

Ampliatur ad filium hęreditatem repudiantem.

Excipitur niſi ſepulcrum ſit hæreditariũ. L. 1. ff. de ſuis Gloſſ. l. ſi quis hęres l. ſc.

Si Pater damnetur de crimine lęſæ maieſtatis, iura ſepulcri nõ tranſeunt ad filios.

Filius mortuus in domo Patris, vbi habet domicilium, ſepeliendus eſt in Eccleſia, in qua ſepeliri deberet de iure ipſe Pater, ſi factus pubes, non elegit ſepulturam. C. licet. de ſep. in 6. Nau. conſ. de ſep.

Filius habens Patrem, & matrem, & ambo habent ſepulturam, ſepelietur in ſepulcro Patris, cum eius ſequatur conditionem. C. fin. de fil. presb.

Excipitur niſi ex conſuetudine, vel priuilegio ſequi deberet conditionem matris.

Filius

Seb. Med. de ſepu. p. 1. q. 7. Filius habens ſepulcrum, Pater autē non, minimè ſequetur Pater filij ſepulcrum; deſcendentes enim ſequuntur aſcendentium ſepulcrum, non è contrà; nec tranſuerſales ſuorum tranſuerſalium.

Excipitur niſi ſint hæredes, & ſepulcrum ſit hæreditarium, & tales non elegerint.

C. i. de infā. L. fin. C. de infan. exp. Infantes expoſiti ſepelientur in ſepultura Hoſpitalium.

C. 2. de ſep. in 6. Vxor ſepeliri debet in ſepultura mariti, ſequitur enim eius dignitatem, & domicilium, ſi fuerit ad domum eius ducta.

L. cum quędam. ff. de iuriſd. in iu. Excipitur niſi fuerit per adulterium ſeparata, & non reconciliata, non enim eſt amplius de domo viri.

L. Filij ff. de municipal. Ampliatur etiam ſi eſſet vidua, & reuerſa ad domum viri, retinet enim mariti priuilegia, & dicitur coniugium prioris mariti.

C. Ebron. q. 2. Ampliatur ſecundò, vt ſepeliatur vbi ſepultus eſt maritus, non autem vbi eius mariti maiores.

Si mulier nubat ſecundo, ſepelietur in ſepulcro ſecundi, etiam ſi ſecundo remanſerit vidua, attenditur namque cauſa proximior, & immediata.

Petr. de Vb. tract. de can. port. Si maritus non habuerit ſepulturam, vxor autem ſic, maritus non ſepelietur in ſepulcro vxoris, non enim ſequitur domicilium, & dignitatem vxoris, ſed è contrà.

C. vn. de cogn. leg. Adoptiuus, ſeu arrogatus decedens viuente Patre adoptante, in eius ſepulcro ſepelietur, ſecus ſepelietur in ſepulcro Patris na-

naturalis. Relegati ad tempus ſepeliendi in ea Ciuitate in qua ſepelhri debuiſſet, niſi fuiſſent relegati. L.Filij ff.ad mun. l.exiliuim l.relegatorum ff. de interd.& releg.

Relegati verò perpetuò, ſepelientur in loco, quo erant deportati.

Ampliatur vt nec corpora eorum abſque permiſſu Principis, transferri poſſint. L.fin.de cadau.dãnat.

Damnati ad mortem de conſuetudine ſepeliuntur in ſuis ſepulchris, vel in Parochiali Eccleſia, vel in loco ad id deſtinato. De iure tamen non debent ſepeliri niſi ex permiſsione Principis. L.1.de cad. damnat. Butr. c. ex parte de ſep.

Aduenæ, & viatores morientes in itinere, ſepeliuntur in Eccleſia intra cuius Parochiã moriuntur. C.Eccleſia 13.q.3. c.fin 17. q.1. Arch.cap.1. de ſep.in 6.

Quando ſepultura electa eſt interdicta debet ſepeliri in ſepulcro maiorum, aliter in Parochiali, quæ ſi eſt interdicta, ſepeliendus in Cathedrali. ſi verò omnes ſint interdictæ, ſepelietur in Monaſterio propinquiori, dummodo non ſit indignus Eccleſiaſtica ſepultura. C.vbicunq; 13. q. 2. Butr. l.c. C.vt Priuil. de Priuil. Clem. eos de ſep. Clem. fin. de ſep. in 6.

Ruri commorans recreationis gratia, ſepelietur cadauer eius, in ſepulcro maiorum ſi commodè fieri poteſt, ſecus in rurali. Ang. verbo ſepul. nu.8. Armil. n.10

Moram trahens in ſtudio, vel alibi, vbi venit animo commorandi, ibi ſepelietur, ſi verò non animo moram trahendi ſepelietur in Cathedrali.

Excipitur niſi Eccleſia Parochialis ei Sacramenta adminiſtraſſet. Syl.ver.ſep. vlt. nu.8.

Qui morbo contagioſo deceſſerunt, ſepeliri Fum. verbo ſep.nu.6.

Tab. nu. 14. Abb. c. ſact. de ſep.

peliri debent in loco non periculoſo. Verũ Anch. tenet contrarium, quia cauſa prohibitionis, quæ fuit in vita ceſſat in morte.

C. Si quę de conſec. di. 4.

Matre mortua prægnante, fœtus ſepelietur cum ea, dicitur enim pars ventris.

Quis poſſit ſepulturam eligere, & quomodo probetur eius electio.

C A P. XIV.

C. cum liberum de ſep.

QVisquis eſt tumulandus, vbi ſepulturæ locum elegerit, cum libera ſit ſepulturæ electio, quæ caſſatur, ſi ad ſuggeſtionem alicuius fiat.

C. 1. de ſep. in 6.

C. Contra 13. q. 2.

Omnis qui non prohibetur à iure poteſt eligere ſepulturam, eſt enim ipſa electio ſepulturæ pars vltimæ voluntatis, cuius libertas tolli non poteſt.

Io. Andr. c. animarum de ſep. in 6. C. 2. & 3. q. 2.

Pater eligit ſepulturam pro filio impubere.

C. licet de ſep. in 6.

Excipitur primò, ſi in impubere malitia ſuppleret ætatem.

C. 1. de reg. 6.

Secundò, ſi impubes eligeret, & factus pubes ratificaret.

Mol. d. 214.

Abſente Patre mater eligit ſepulturam filio impuberi, ſi Pater ex conſuetudine poſſit eligere.

Nauar. con. 1. de ſep. l. 3

Electio ſepulturæ facta à Patre ſibi, & familia ſuæ omnibus viuentibus in Eccleſia

N.

N. ommiſſa Eccleſia, in qua aliàs de iure erat ſepeliendus, ita vt eius filius impubes, qui mortuus eſt ſit ſepeliendus in ea, ſi cõſuetudo terrę non habet, vt Pater poſsit eligere ſepulturam filio impuberi nõ valet, ſicut ſi impuberi viuenti Pater elegerit ſepulturam permittẽte conſuetudine, & filius decedat factus pubes, non tenetur ſequi iudicium Patris, cum res deuenerit ad caſum à quo non potuit incipere.

Petr. de Peruſ. tract. de can. por. ca. 11.

Pater poteſt eligere ſepulturã filio emancipato impuberi.

Doct. c. licet de ſep. 6.

Mater eligit pro filio Spurio impubere, ſi adſit conſuetudo, vel eius ſit in poteſtate.

C. Clericus de ſep. 6.

Adultus curatorem habens, poteſt abſq; eius auctoritate ſepulturam eligere, cum ẽt poſsit Teſtamentum condere.

Gem. c. licet l. c.
L. Aurel. ff. de lib. leg.

Pubes etiam in poteſtate Patris poteſt ſibi eligere ſepulturam.

C. licet de ſep. 6.

Adoptiuo filio impuberi, poteſt eligere Pater ſepulturam durante adoptione, per adoptionem enim tranſit in poteſtatem Patris adoptiui; ſecus ſi impubes deceſsit mortuo adoptante.

L. 1. ff. de adop.
C. vn. de cogn. leg.

Vxor poteſt ſibi eligere, ẽt viuente viro; electio namque talis ad eum potius ſtatum pertinet in quo mulier ſoluitur à lege viri.

C. de vxore de ſep.

Maritus non poteſt eligere ſepulturam vxori, prærerquam in ſepulcro maiorũ ſuorum; vel in eo quod ipſe elegerit, quæ electio debet ſecundum aliquos fieri non tunc temporis, quo mortua eſt vxor, ſed prius,

C. is qui de ſep. 6.
Gem. ibid.

aliter hoc eſſet in fraudem Parochię, quæ nemini patrocinari debet.

Petr. de Vb. l.c. cap 11. Dominus poteſt eligere pro ſeruo impubere.

D. Ant. p. 3. tit. 10. cap. 5. Filij familias poſſunt eligere poſt 14. annum, ſiue maſculus, ſiue fœmina.

C. 1. de ſep. 6. Alienam ſepulturam quilibet eligere poteſt reſpectu ſepulchri familiæ, ſeu hęredis, ſed reſpectu Rectoris Eccleſiæ eo inuito & non ſuus Parochianus in eius Eccleſia eligere poteſt.

Doct. ibid.

C. Bone 11. q. 2. Gloſſ. c. vbicunque 13. q. 2. Epiſcopus poteſt ſibi eligere ſepulturam alibi, quàm in Cathedrali.

Ca. Si Religioſus de elect. Abbas non recognoſcens ſuperiorē, niſi Papam, poteſt eligere ſepulturam extra Monaſterium, habet enim velle, & nolle.

C. 2. de ſtat. Mon. Clem. C. de reſcrip. Ampliatur ad profeſſos præfectos beneficijs manualibus, ex membris Monaſterij.

Ampliatur ſecundò, ad Nouitios, poſſunt enim ad ſæculum redire, & ad conuerſos non profeſſos.

C. fin. de ſep. Ampliatur tertiò, ad profeſſum tam remorum à Monaſterio, vt ad illud nequeat deportari.

Anch. & Domin. in c. 1. de ſep. 6. Electio ſepulturę commiſſa voluntati alterius; tenent plures valere prædictam electionem in præiudicium Parochię, quia ſatis elegiſſe videtur, qui per alium elegit, alij tamen tenent contrarium.

And. conſ. 214. Lapus c. 1. de ſep. 6. Excipitur tamen niſi commiſſarius eligat viuente, & ſciente committente, valet tamen electio loci ſepulturæ commiſſa alicui

cui in Eccleſia per cōmittentem electa, licet enim electio committi potuerit, & ipſe cōmittens deceſſerit commiſsione iam facta, non tamen deceſsit facta electione, & ideò acquiſitum fuit ius Eccleſiæ, in qua debebat ſepeliri, non electa ſepultura, aliud eſt enim eligere ſepulturam, aliud eius electionem committere.

Parochus dum ad infirmum cōmunicandum, ipſum interrogat, non in genere in qua Eccleſia vult ſepeliri, ſed in ſpecie dicit infirmo, vis ſepeliri in Parochia, vel in alia Eccleſia? ipſam ſpecialiter nominando, non valet hęc electio, tanquam facta ad ſuggeſtionem, ſed debet in genere interrogari.

Crauet.cōſ. 7. vol.1. Burſat.conſ 116. nu.1x. vol.1.

Religioſi Sancti Franciſci poſſunt inducere aliquem ad eligendam ſepulturam in Eccleſia Ordinis Sancti Dominici, ceſſat enim fraus, & ratio finalis dictæ legis.

C.1 de ſep. 6.

Perſuadens mutari ſepulturam eſt excommunicatus.

Clem.cupiē tes de ſep.6.

Si Sacerdos Parochialis corpus eius qui alibi elegit ſepulturam violenter rapuerit cum funus antequam deueniret ad manus eorum, quibus debebatur ſpoliauit, tenetur reſtituere quicquid accepit, & ipſum cadauer, perditque Quartam Canonicam ad ſimilitudinem hæredis ſubtrahentis res hęreditarias, qui in ei s Quartam trebellianicam perdit, & ius inſtitutionis debitū quod alias erat detracturus. Licet aliqui teneant con-

Oldr. conſ. 204.

L.Paulus ff. ad l. Falcidiam, & l.reſcriptum ff. de his qui in dig.

contrarium, quo ad partem Canonicam; quia delictum præsbyteri non debet nocere Eccleſiæ, ſed prima opinio prævalet, quia Prælatus poteſt præiudicare Eccleſiæ in acquirendis, ſecus in acquiſitis.

C. ſi Epiſcopum 16. q. 6. C. fin. 16. q. 1.

Electio ſepulturæ in Eccleſijs Regulariũ, non poteſt à Parochis impediri, quibus tamen debetur ius Quartæ.

Laicus poteſt aliquem inducere ad eligendam ſepulturam in certo loco, & valebit electio.

Petr. de Vb. l. c. cap. 11.

Ad probandam electionem ſepulturæ requiruntur ſaltem duo, vel tres teſtes, cum ſit ſpecies vltimæ voluntatis, & agatur in ea de præiudicio Parochialis Eccleſię, ſicut quælibet diſpoſitio ad pias cauſas requirit numerum duorum, vel trium teſtium, nec ſolum propoſitum eligendi, ſine electione ſepulturæ non ſufficit, quia propoſitum in mente retentum nihil operatur. Et probatur per ſingulares teſtes, ſi vnus deponat audiuiſſe eligi ſepulturam ab Antonio, in tali loco, & alius in alio loco.

Sob. de Med de ſep. q. 8. L. ſi repetēdi. C. de cond. ob cauſam. Guid Pap. deciſ. 594.

Probatur etiam Teſtamento, vel Codicillo etiam inualido, vel per ſcripturam manu propria ſubſcriptam.

Gloſſ. in cap. 2. de ſep. extr. verbo Quartam, tenet quòd prius poſsit deferri funus ad Parochiam propriam, ſiue extet conſuetudo, ſiue non, rationibus ibidem deductis.

Quid

Qui non poſſint ſepulturam eligere.

C A P. X V.

AVVS non poteſt eligere ſepulturam Anch. per.L.
pro nepote impubere in materia odio- Quid ſi app.
ſa, appellatione enim Patris non contine- ſſ. de Teſt.
tur Auus, agitur enim de præiudicio Eccle-
ſiæ, in qua ſepeliri deberet

Nec Pater pro filio naturali, non enim Mol.di.214.
poteſt dici filius familias.

Filius impubes etiam cũ auctoritate Tu- Mol.l.c.
toris non poteſt eligere ſepulturam, non .n. C. licet de ſep. 6.
tutoris auctoritas poteſt ea perficere, quæ C. Apoſtol.
porriguntur poſt mortem pupilli, quo tem- 8. q. 2.
pore tutela expirauit.

Frater maior pro minori non poteſt eli-
gere, nam C. licet loquitur de linea aſcen-
dentium.

Nec filius pro patre etiam mente capto,
nam ius datum eſt Patri erga filium, non è
contrà, & conſtitutio loquens de linea aſcen
dentium non extenditur ad lineam deſcen-
dentium.

Abbas non poteſt eligere pro Monacho C. licet.
profeſſo, eſt enim fictus Pater, & poteſtas
eligendi conceditur tantum Patri naturali.

Monaci profeſsi non poſſunt ſibi eligere C. fin. de
ſepulturam. ſep. 6.

Si quis ſpontè eligeret ſepulturam, dein-
de inductus fuiſſet ad aliam eligendam, ſe-

Petr. de Vb. l. c. pelietur in prima electa, ſecunda enim electio fuit inualida ratione inductionis, quæ non tollit validam.

L. eius ff. de Teſtam. Io. An. in addit. ad ſpec. tit. in ſtr. edit. Damnatus ad mortem non poteſt eligere ſepulturam, nullam enim poteſt vltimam voluntatem emittere, nec aliquid poteſt pro anima relinquere.

Sylu. verbo ſep. n. 44. Fum. 25. Mandans corpus ſuum non ſepeliri, non eſt obediendus, nec hæres vllam incidit pœnam, ſi illum congruè ſepeliri faciat.

Qua in Eccleſia poſſit fieri electio.

CAP. XVI.

Cap. 2. de ſep. in 6. SI quis antiqua dimiſſa nouam elegerit ſepulturam, electio tenet.

Ampliatur etiam ſi electio ſit in loco minus religioſo.

Eligi poteſt ſepultura aliena conſentientibus Patronis illius.

Rom. ſing. 692. In caſu neceſsitatis poteſt Rector Eccleſiæ ſepelire mortuum in alterius ſepultura.

Petr. de Vb. loc. cit. 33. Conceſſa Capella ad vſum ſepulturæ alicui familiæ, & eius deſcendentibus, qui non eſt de progenie illius domus non poteſt eligere ſepulturam in dicta Capella.

Ampliatur, vt nec Clerici, qui id conceſſerunt poſsint ibi alium ſepelire, etiam ſi eſſent Clerici ſiue Sæculares, ſiue Regulares

lares

lares dictæ Eccleſiæ, in eo enim fundo in quo quis habet vſum non poteſt Dominus inhabitare inuito vſuario. L. ſi habit. ff. de vſu. & habit.

Excipitur niſi progenies fuerit extincta, vſus enim ſoluitur poſt mortem. L. pen. C. de vſufruct.

Electio ſepulturę poteſt fieri in Eccleſia Monialium.

Excipitur niſi hodie fieret intra ſepta Monaſterij. Nacta conſ. 432. vol. 2.

Sepulcrorum iura.

CAP. XVII.

LAici non poſſunt habere ius ſepeliendi reſpectu proprietatis, ſed tantum ad vſum, vt ipſi, & ſui ibi ſepeliantur, non autem alij illis inuitis. L. 5. ff. de re lig. & ſump. fun.

Hoc ius quis habere non poteſt, niſi ſit ipſi ab Epiſcopo conceſſum. Hoſtien. in ſum. de ſep. Card. Clem dudum de ſep.

Conceſſa capella alicui, etiam cum iurepatronatus, non intelligitur conceſſum ius ſepulchri, niſi expreſsè concedatur, & ſaltem debet adeſſe licentia Epiſcopi tacita. Archid. in c. 2. de Pact. in ſexto. Bonifac. in Clem. dudum de ſep.

Iura ſepulcrorum, quæ quis familiæ ſuæ conſtituit ſpectant ad filios, nepotes, pronepotes, & deinceps ad omnes natos vtriuſque ſexus. Aſin. l. fam. ff. de relig. & ſūp. fun.

Ampliatur etiam ad emancipatos. Didac. c.

Excipitur niſi ſepulcra eſſent acquiſita pro Rainatius de Teſtam.

pro ſe, ſuiſque hæredibus.

Imol. l. ſi patr. ff. ad Trebel.

Fideicommiſſarius excluditur à iuribus ſepulcrorum, ſed permanent apud hæredē.

Roch. tract. de iurepatr. num. 21.

Ampliatur in iurepatronatus.

L. ſi quis hær. ff. de ſep. viol.

Exhæredati ſuccedūt in ius ſepulcrorum. Excipitur niſi Teſtator iuſto odio eos priuarit. Conceditur tamen eis humanitatis gratia, quæ extenditur tantum ad illorum poſteritatem.

Lamb. de iurepatr.

Vſufructuarius omnium bonorum nō ſuccedit in ius ſepulcrorum ſicut in iuſpatronatus, vſufructus enim morte finitur; & ius inferendi confertur poſt mortem.

Roch. l. cit. num. 23.

Bonorum poſſeſſor ſuccedit in ius ſepulcrorum, eſt enim ſucceſſor vniuerſalis.

Roch. l. cit. num. 14.

Fœminæ hæredes ſuccedunt in ius ſepulcrorum.

Roch. l. cit. num. 24.

Hęres etſi non fuerit miſſus in poſſeſsionem, tamen habet ius.

Lamb. l. cit. art. 34.

Excipitur, niſi non adiuiſſet hæreditatē.

Roch. l. cit. num. 28.

Non poteſt permutari ius ſepulcrorum cum re temporali, ſed bene cum alia ſepultura ex conſenſu Epiſcopi.

Roch. l. cit. num. 30.

Donatis omnibus bonis transfertur ius ſepulchri, ſi donatum eſt ſpecialiter valebit donatio conſentiente Epiſcopo.

Roch. l. cit. num. 37.

Locatio vniuerſitatis perpetua, comprehendit ius ſepulchri.

Roch. l. cit. num. 61.

Pignori data vniuerſitas bonorum, creditor non poteſt vti iure ſepulchri.

Roch. l. cit. num. 63.

Dos data cum vniuerſitate bonorū transfert ius ſepulcri.

Fiſcus

Fiſcus ſuccedit in ius ſepulchri facta publicatione omnium bonorum. Roch. l. cit. num. 68.

Renunciari non poteſt iuri ſepulcrorum in præiudiciũ illorum quibus ius competit. Roch. l. cit. num. 72.

Præſcribitur ius ſepulcri ſpatio temporis, cuius initij memoria hominum non eſt in contrarium. Roch l. cit. num. 89.

Priuatus Eccleſiaſtica ſepultura, vt hæreticus, non poteſt transferre ius ſepulchri in alterum. Lamb. l. cit. art. 39.

Legari poteſt ſepeliendi ius Laico, conſentiente Epiſcopo, cuius conſenſus non requiritur ſi legetur Eccleſię. Lamb. l. cit. q. 6. ar. 1.

Donato fundo cenſetur & donatum ſepulcrum, ſi ad illum aliunde accedi non poteſt. Roch. l. c. num. 23. Lamb. l. cit.

Depoſitarius bonorum vniuerſitatis non habet ius inferendi mortuos. Lamb. l. c.

Emphytheuſi conceſſa vniuerſitas transfertur ius ſepulcri. Lamb. l. cit. l. 2. p. 2. q. 6.

Feudo data vniuerſitate acceſſoriè transfertur ius ſepulchri. Lamb. l. cit. q. 7.

Priuilegio transferri poteſt ius ſepulchri.

Excipitur ſi eſſet familiare, vel hæreditarium. Lamb. l. cit. q. 11.

Sententia transfertur ius ſepulcrorum.

Quando datur facultas ſepeliendi in aliquo loco requiritur conſenſus Diœceſani. Lamb. l. cit. l. 1. q. 2.

Quando conceſſum eſt Priuilegium alicui loco ſepeliendi, tunc in conſtructione alicuius ſepulturæ familiaris ſatis erit conſenſus Rectoris Eccleſiæ, quo renuente recur-

ritur ad ſuperiorem.

Lamb. l. cit. q. 3. p. 2. ar. 3 Conſtruens Eccleſiam nulla facta reſeruatione, cenſetur tacitè ius reſeruaſſe.

Plures ſepulturam conſtruentes, ęqualiter habebunt ius.

Patroni conſenſus non requiritur in conſtructione ſepulturæ in Eccleſia patronata, cum in ea poſsit etiam fundari capellania etiam inuito patrono.

Teſtator locum non exprimens vbi velit conſtrui ſepulturam, diſcordantibus hæredibus, electio ad Epiſcopum ſpectat, tamen credendum eſſet conſtruendam in Parochiali.

Excipitur niſi mens teſtatoris aliter ex aliqua conie ctura colligi poſſet.

Promittens ſepulturam conſtruere poteſt compelli ad illam perficiendam.

Paul. de cit. tract. de iur. patr. 3. p. 9. 29. Particularis, vel vniuerſitas, poteſt cogi ad conſtruendam ſepulturam in caſu neceſsitatis.

Ad acquirendum ius ſepulturæ requiritur perfectio ſepulturæ, nec ſufficit conſtructionis initium.

Lamb. l. cit. l. 1. q. 6. ar. 7 Reędificans ſepulturam fundit us collapſam acquirit ius.

Lamb. l. cit. q. 8. ar. 7. Prælatus conſtruens ſepulcrum in eius Eccleſia, tranſmittit ius ad ſucceſſores.

Excipitur niſi conſtiterit conſtruxiſſe de bonis Patrimonialibus in ordine ad hęredes.

Lamb. l. cit. l. 2. p. 2. q. 10 ar. 7. Diſpenſare non poteſt Epiſcopus in qualita-

litatibus appoſitis à conſtruente, veluti, vt deſeruiat pro Doctoribus.

Ius ſepulturæ probatur antiquiſsima poſſeſsione, item ex conſtructione, nulla etiam facta reſeruatione. Lamb. l.cit. ar. 4. & 5.

Sepulcrum ſi fuerit intra fines duarum Parochialium, erit commune, quò ad iura Parochialia. Lamb. l.cit. q. 4. ar. 6

Papa poteſt diſponere ad libitum de iure ſepulcrorum, etiam inuitis Dominis. Lamb. l.cit. p. 3. q. 3. a. 2.

Ampliatur ad Legatum de Latere. Auch. 356.

Arma, & inſignia primi fundatoris à capella, & ſepulcro nullo modo ſunt amouenda, nec illis alia inſignia addenda à nouo hærede.

Amittit ius per contrarium vſum, non autem per non vſum. Lamb. l.cit. l. 3. q. 7. a. 8.

Item per ſimoniam, vel ſi Dominus ſepulturæ occideret Rectorem Eccleſiæ non ad ſui defenſionem, per hæreſim, & receptationem hæreticorum in crimine læſæ maieſtatis. Lamb. l.cit. q. 8. ar. 2.

Cauſa iuris ſepulcrorum eſt fori Eccleſiaſtici. Hoſt. de iurepatr. § 10

Si quis promitteret alicui ius ſuum ſepulchri, poterit compelli à Iudice Laico. Lamb. l.cit. p. 3. q. 9. art. 10.

Si hæredes conſtructoris eſſent extincti, poteſt ſepulcrum cõcedi alijs, mortuo enim vſuario, vſus cedit ad proprietarium. C. Ad Apoſt. de ſim.

Si conſuetudine pro ſepultura aliquid detur, licet Laici compelli non poſsint, & clerici ſpecialiter talia exigere nequeant, per

ſuperiorem tamen poſſunt compelli ad ſeruandas laudabiles conſuetudines, ſi quæ ſuper hoc fuerint.

C. non ſatis de ſim. Butr. cap. ad abolēdæ de ſep. Felin. ca. ad Audien. de reſcrip.

Non tenet conſuetudo vt petatur pro officio ſeu terra, valet ſi dicatur, quòd à quolibet mortuo conſueuit donari tantum Sacerdoti, vel Eccleſiæ.

TIT.

TIT. VIII.

DE QVARTA PAROCHIALI,

Seu Canonica Portione.

Canonicæ Portionis inductio, & præſcriptio.

CAP. I.

CANONICA portio inducta eſt iure Canonico propter Sacramenta quę miniſtrat Parochus ſuis Parochianis, ideſt, propter onus ꝙ in eorũ adminiſtratione ſubit.

Cap. 1. C. Delatum. Cap. 15. C. iuſu liberum de ſep. Clem. dudũ de ſep.

De iure eſt Quarta, poteſt tamen induci per conſuetudinem, quòd ſit medietas, vel tertia. Quæ conſuetudo debet eſſe rationabilis, & legitimè præſcripta ſpacio quadraginta annorũ, quòd intelligitur de Quarta non expreſſa à iure, ſi verò ſunt expreſſæ à iure ſufficit cõſuetudo etiã non pręſcripta.

C. Cum ſuper de ſep. Clem. dudũ l. c. c. certificari. l. c. Petr. de Vbal. tract. de canon. port. p. 1. c. $

Si fuerint diuerſæ conſuetudines in eodẽ loco, erit attendenda magis rationabilis, magiſque conſona iuri communi.

C. cum dilectus. de conſuet.

Quan-

Quando in Parochiali Eccleſia eſt vna conſuetudo, & in Eccleſia cui legatur eſt alia, tunc inſpicietur conſuetudo Eccleſiæ Parochialis, quæ prætendit titulum oneroſum propter adminiſtrationem Curæ, Eccleſia verò cui legatur prætendit titulum lucratiuum, & duobus titulis concurrentibus, potior eſt conditio oneroſi, quam lucratiui. Seb. Med. tract. de Sepult. par. 2. quæſt. 7.

De quibus debeatur Canonica portio.

CAP. II.

C. in veſtra de ſep.

Hoſtien. in ſum. de ſep.

Petr. de Per. tract. de Quar. can.

Soluí debet Quarta Parocho de omnibus relictis, Oblationibus, Candelis, Anniuerſarijs, & ſimilibus ratione ſepulturæ alibi electæ. Parochus enim non debet defraudari Quarta funeralium, cum Parochiani alibi elegerint ſepeliri. Et conſuetudo, vt, nihil accipiat Eccleſia Parochialis Quartæ nomine eſt irrationabilis, & in his attenditur conſuetudo, quia in his multum operatur.

Guliel. de Monte clē. dudum de ſep.

Debetur item de his, quæ abſque diſpoſitione Teſtatoris offeruntur pro ipſo mortuo tempore ſepulturæ.

Petr. de Vb. l. c. p. 2. c. 4.

Canonicus habitans in Parochiali, à qua recepit Sacramenta, & eligens ſepulturam in ſua Collegiata, debetur Quarta Eccleſiæ Parochiali.

Si

Si perſona inſignis ſepeliatur in Patria ſua, poſteà alibi fiant exequiæ ſolemnes, Quarta debetur de illis. Cald. conſil. 4. de ſep.

Si infirmus in vna Parochia faciat ſe deferre ad aliam, & ibi moriatur, non propter hoc Parochus priuatur Canonica Portione. Hoſt. l. c.

Si Eccleſia Cathedralis ratione ipſorum funeralium ſolita fuerit habere Quartam, maximè in Monaſterijs, quam nunc non poſsideret, exigi poteſt, vbi ante annos quadraginta, ſolita fuit præſtari. Sac. Conc. Trid. ſeſ. 25 c. 13. de ref.

A quibus debeatur Quarta.

CAP. III.

A Quibuſcunque etiam mendicantibus de oblatis die ſepulturæ exigitur Quarta, non obſtantibus litteris Pij V. cum iam ipſæ redactæ fuerint ad terminos iuris communis. Mol. d. 135. Conſt. Greg. XIII. In‑ſtanta.

Quarta cui debeatur.

CAP. IV.

DEbetur Quarta Rectori habenti Eccleſiam in titulum. C. Nemo de elect.

Item Vicario perpetuo.

Ha-

Habenti curam in Commendam.

C. Requiſiti de Teſt. Vicario temporali.

Si Parochialis Eccleſia fuerit Collegiata, cura non reſedente penes certam perſonam Quarta diuidetur inter Clericos Eccleſiæ.

Io. Ant. de Lign. C. Fraternit. de ſep. Excipitur niſi conſuetudo, vel ſtatutum aliud diſpoſuerit.

Quæ Eccleſiæ, teneantur ad Canonicam Portionem.

CAP. V.

C. in noſtra de ſep. PArochianus vnius Eccleſiæ legans alteri exemptæ, in qua elegit ſepulturam, de huiuſmodi legato debetur Canonica Portio.

C. 8. de ſep. Ampliatur etiam ſi non elegerit ſepulturam in illa.

Cui Eccleſiæ obueniat Canonica Portio.

CAP. VI.

Petr. de Vbal. p. 2. c. 7. PRinceps ſepultus alibi, quam in propria Parochia, debebitur Quarta Parochiæ, vbi maiori parte anni commoratus fuerit.

Si quis habuerit domicilium æqualiter in duabus Parochijs, videlicet ſi ſit in conſi-

nio duarum, vel duas domos coniunctas in duabus Parochijs, vnica tantum debetur Quarta, quæ æqualiter diuidetur.

Excipitur, niſi elegerit ſepulturam in vna ex iſtis, alteri enim non debebitur. L. cum quidam ff. de legat.

Si quis habet vnum caſamentum in quo habet introitum per vnam partem, quæ eſt in Parochia vnius Eccleſiæ, & habitationem habet in eodem Caſamento, quod eſt in Parochia alterius Eccleſiæ, Quarta debebitur Parochiæ in qua eſt Caſamentum. Gloſſ. l. c.

Si Teſtator tempore Teſtamenti erat Parochianus vnius Eccleſiæ, & tempore mortis erat alterius debetur Quarta Eccleſiæ cuius erat Parochianus tempore mortis, ſi receſsit animo mutandi domicilium. C. cum quis de ſep. 6.

Parochianus vnius Eccleſiæ in infirmitate legans alteri Parochiali, & ibi elegit ſepeliri, & in ea infirmitate ſe transferens ad Eccleſiam cui legauit, debetur Quarta Eccleſiæ, à qua ſe tranſtulit. Petr. de Vb. l. c. nu. 10.

Moram trahens in villa, vbi recipit Sacramenta, ſi in Eccleſia Regularium elegerit ſepulturam, debetur Quarta Parochiali rurali, etiam ſi in Ciuitate haberet Eccleſiam Parochialem.

Si Eccleſia fuerit vacans, debetur tamen ei Quarta, quamuis in ea non potuerint recipi Sacramenta. Hoſt. & Io. c. relatus de ſep.

Peregrinus legans alicui Eccleſiæ, Quarta debetur Parochiali cuius erat Parochianus ante peregrinationem. Petr. de Vb. l. c. nu. 23.

Rele-

Petr. de Vb. l.c. nu. 31. Relegatus, ſi moriatur in loco, in quo relegatur, ſi relegatio fuerit perpetua, vel ad arbitrium, Quarta debetur Parochiali vbi eſt relegatus; ſi verò ad tempus, Quarta debetur vtrique Parochię.

Feder. conſ. 348. Vidua, quamuis ſepeliatur in ſepultura mariti, Quarta debetur Parochiali Eccleſiæ vbi recepit Sacramenta.

Petr. de Vb. l.c. nu. 34. Filius ſeparatus à Patre, licet ſepeliatur in ſepulcro Patris, debetur tamen Quarta Parochiali vbi recepit Sacramenta.

In quibus ceſſet Canonica Portio Parochialis.

CAP. VII.

C. Quatta, de præſcr. & Archid. in c. Pactum de Pact. 6. IN multis Canonica Parochialis ceſſat, Primò, per conſuetudinem legitimè præſcriptam.

Notandum quòd per pactum non poteſt renunciari dictæ Portioni, ſi Eccleſia damnificaretur.

C. Conſtitutus de Rel. dom. c. Officij de teſt. C. in Noſtro de ſep. Secundò, quando per Priuilegium Papæ quis eximitur à præſtatione Quartæ.

C. requiſiſti de Teſtam. Tertiò, quando eſt remiſſa per donationẽ.

Quartò, quando legatur Prælato, vel Clericis Eccleſiæ, vbi eligitur ſepultura intuitu perſonarum, non Eccleſiæ, dummodo non ſit relictum in fraudem.

C. Dudum de ſep. Excipitur, niſi fuerit relictum mendicantibus,

tibus, etiam ad vſum priuilegiatum,

Quintò, quando quis poſt electionem ſe- C.Benef.de
pulturæ ingreditur Monaſterium, & in eo reg.in 6.
profitetur. Secus de eo, qui recipitur in con-
tractē, retinens bona ſua quoad proprietatē. C. Cum. &
Sextò, cum quis legat Eccleſiæ in qua non Plan. de Pri.
eligit ſepulturam ſibi, nec ibi ſepelitur. Gloſſ. in c. 1 de ſep.
Septimò, quando quis ſepelitur de facto, Innoc. in c. 2. de ſep.
vt ſi erat interdicta Eccleſia, vel Ciuitas. Feder. conſ. 119.
Octauò, quando Eccleſia Parochialis Gem. in c. 1
eſt interdicta culpa Rectoris, & non Paro- de ſep. 6.
chiani. An. in c. 1. de ſep.

Nonò, cum quis licet elegerit ſepulturã, Fred. de ſen
non tamen ſepelictur ex facto hæredum, vel l. c.
ex facto contingenti, circa perſonam defun C.in Noſtra
cti, non tamen priuabitur Eccleſia legatis de ſep.
factis gratia ſepulturę, & ideò fortè, nec ſua Gem. l. c.
Quarta.

Decimò, quando fit repoſitio funeris in aliquo loco, vt alibi transferatur, eo enim in caſu, nec eſt, nec dicitur ſepultura.

Portionis Canonicæ petitio.

CAP. VIII.

Canonica Portio petitur condictione ex Innoc. c. de
Canone agente Parochiali contra Ec- his de ſep.
cleſiam legatariam, agente verò contra hę-
redem, ex Teſtamento.

Canonica Portio debetur, poſtquam cor-

pus

pus traditum eſt ſepulturæ, ſi vult capere de manu hæredis, hoc poterit agere poſt aditam hęreditatem, poteſt tamen peti etiam ante, ſed non capiet de manu hæredis.

L. Sancimus de iure deli. inſtit. de Oblat. quæ quaſi vxor. delict. naſc.

Peti poteſt, & debetur coram Iudice Eccleſiaſtico, ſi petitur ab Eccleſia legataria, ſi autem contra hæredem poteſt agi coram Iudice ſęculari.

L. eam. C. de fideicom C. Cum ſit de For. cōp.

Si contra executorem Teſtamenti, agetur coram Epiſcopo Ordinario executoris.

L. vnica C. vbi ſutor.

Satis eſt eam petere in genere, non expreſſa quantitate; Si verò Quarta erit immobilium, exprimendus fundus, & fines eius ſuper quo prætenditur Quarta.

L. 2. C. quā-do, & à quibus.

Exprimenda item nomina debitorum, & nomen defuncti, & debet probari quòd bona deuenerint ad Eccleſiam.

Petr. de Vb. l. c. ſ 3.

Eccleſia verò vacante, vel negligente Rectore, Epiſcopus poteſt illam petere nomine dictę Eccleſię.

Io. Bap. Barr in Iuſt. can. por. tit. 21. §. largiri. Clem. 2. de ſep. Abb. in cap. fin. de Teſt.

Parochus non tenetur accipere Quartam de manu Regularium, ſed poteſt illam vendicare, & inhibere hæredibus, vel per fideicommiſſum grauatis ne illam ſoluant Regularibus, præcipuè cum illos ſuſpectos habere poſſit, quòd ſibi eam non ſoluant; Hoc fuit inductum in recompenſationē dānorum, quæ ſuſtinent Eccleſię Parochiales, propter Priuilegia dictis Regularibus conceſſa.

LAVS DEO, & B. M. V.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE